

Distinctio 18^a

Diuisio litere MAGISTRI in generali et speciali

[1] *Preterea diligenter considerandum.* Superius MAGISTER determinauit de
5 processione Spiritus Sancti; hic uero inquit nomen quod competit ei
secundum modum sue processionis, unde specialiter in ista
distinctione tractatur quomodo nomen `doni` conueniat Spiritui
Sancto. Et diuiditur in tres partes: primo inquit utrum
10 Spiritus Sanctus eadem ratione dicatur donum et datum, et obiicit ad
utramque partem; secundo soluit; tertio mouet questionem
incidentem. Secunda ibi: *Ad quod dicimus.* Tertia ibi: *Post hoc queritur.*
Secunda istarum diuiditur in tres partes: primo ostendit differentiam
inter donum et datum ex parte proprietatis importate per nomen;
secundo ex parte originis; tertio ex parte dati. Secunda ibi: *Et*
15 *notandum.* Tertia ibi: *Et secundum hoc quod sempiternae.* Cuilibet istarum
partium adiungit unam questionem et soluit. Et in hoc terminatur
sententia et diuisio MAGISTRI in generali.

π62vb [2] In speciali sic procedit. Et querit primo utrum | Spiritus Sanctus
eadem ratione dicatur donum et datum. Et arguitur primo quod sic
20 per AUGUSTINUM, quia a `datione` dicitur `donum` et `datum`.
Deinde opponit in contrarium, quia `donum` dicitur ab eterno,
`datum` uero ex tempore. Postea respondet MAGISTER assignans
utramque differentiam inter donum et datum et dicit quod Spiritus
Sanctus alia ratione dicitur `donum` et alia ratione `datum`, quia ex

4 *Preterea...considerandum*] Lomb., 153, 8 | *Superius...Sancti*] cf. Lomb., 114,
12 - 153, 5 11 *Ad...dicimus*] Lomb., 153, 20-21 | *Post...queritur*] Lomb., 158,
2-3 14 *Et notandum*] Lomb., 155, 16 15 *Et...sempiternae*] Lomb., 157, 9-10
18 *Et...20 `datum`*] cf. Lomb., 152, 16 - 153, 17; Aug., *De Trin.*, XV, 19, 34
(510, 55-60) 21 *Deinde...tempore*] cf. Lomb., 153, 17-23 22 *Postea...29*
Patre] cf. Lomb., 153, 23 - 154, 3

proprietate relationis quam habuit ab eterno dicitur `donum`, non 25
 autem `datum`, quia ab eterno fuit donabilis et ab eterno per modum
 doni processit a Patre et Filio. Sic enim Spiritum Sanctum esse donum
 Dei est procedere a Patre et Filio, sicut natum esse est Filium esse a
 Patre. Et hoc confirmat autoritate AUGUSTINI: ab illa enim
 proprietate `donum` dicitur a qua proprietate sumitur nomen `doni`; 30
 nomen autem `dati` sumitur ex actuali donatione; unde ab eterno
 dicitur `donum`, quia donabilis, a tempore uero dicitur `datum`, quia
 datur. Erat autem donabilis ab eterno nobis, qui futuri eramus in
 tempore, et non quia donatus a Patre et Filio, uel econuerso. Querit
 etiam, cum Filius fuerit nobis donabilis ex tempore, quare non dicitur 35
 donum. Et respondet quod licet donabilis fuerit, non tamen ex modo
 sue processionis que est generatio habuit istam donabilitatem. Postea
 assignat aliam differentiam inter donum et datum, quia Spiritus
 Sanctus a processione eterna habet quod sit donum, non quod sit
 datum; unde Spiritui Sancto esse donum est a Patre et Filio procedere. 40
 Vnde dicit quod sicut Spiritus Sanctus ex processione sua eterna
 accipit ut sit, ita etiam ut donum sit; set ex eo quod datur non habet
 ut sit, nec etiam ut donum sit, quia ab eodem habet esse et esse
 donum; et Filius quomodo nascendo habet ut Filius ita habet ut sit.
 Set tunc questio est, quia, ut dicit AUGUSTINUS, Pater non est ex eo 45
 Deus quo Pater nec Filius eo est Filius quo Deus. Et respondet quod
 non eodem formaliter est Filius et est, set originaliter, et Spiritus
 Sanctus est eodem originaliter donum et Deus, quia per suam
 processionem habet quicquid habet, essentiam scilicet et relationem.

29 Et...37 donabilitatem] cf. Lomb., 154, 5 - 155, 12; Aug., *De Trin.*, V, 11, 12;
 15, 16; 16, 17 (219, 19-25; 224, 5-16; 224, 3-4) 37 Postea...44 sit] cf. Lomb.,
 155, 16 - 156, 3 45 Set...51 temporalis] cf. Lomb., 156, 5-32; Aug., *De Trin.*,
 VII, 6, 11 (262, 20-21)

50 Et concludit quod nomen `doni` respondet eterne processioni,
 nomen `dati` temporali. Postea querit aliam differentiam inter donum
 et datum, quia Spiritus Sanctus secundum quod donum refertur ad
 Patrem et Filium, a quibus procedit, secundum quod datum refertur
 ad dantem et ad eos quibus datur. Postea ponit differentiam inter
 55 spiritum hominis et Spiritum Sanctum dicens: Spiritus enim hominis
 dicitur noster, quia per illum sumus, set Spiritus Sanctus dicitur
 noster, quia nobis datur. Subdit etiam quod nomina que important
 respectum alia principaliter recipiunt additionem horum pronominum
 `meum`, `nostrum`, alia uero que imponuntur a proprietate eterna
 60 non recipiunt horum additionem; unde non dicitur "Filius noster", set
 "Spiritus noster". Vltimo querit, cum datum referatur ad dantem et
 Spiritus Sanctus detur a se, utrum possit dici referri ad se. Cuius
 questionis solutionem differt usque ad tractatum in quo agitur de hiis
 que relatiue Deo conueniunt. Et in hoc habetur sententia in speciali.
 65

Questio prima

Vtrum in diuinis donum sit aliquid essenziale an notionale

[1] Circa distinctionem istam queruntur tria: primum est utrum
 5 donum in diuinis sit aliquid essenziale an notionale. Videtur quod sit
 essenziale, quia nullum notionale conuenit essentie; set esse donum
 conuenit essentie secundum HILARIUM VII De Trinitate, qui

53 datum] *coni.*: dicitur π (*an scrib.* dicitur datum?) 7 VII] *an scrib.* IX?

51 Postea...54 datur] cf. Lomb., 157, 3-17 54 Postea...61 noster] cf. Lomb.,
 157, 19 - 158, 26 61 Vltimo...64 conueniunt] cf. Lomb., 158, 28 - 159, 6; cf.
 infra, I, 30 2 Vtrum...notionale] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 18, 1, 1 (436-438);
S.th., I, 38, 1

dicit quod *essentia est donum quod datur Filio* a Patre.

[2] Item quicquid intelligitur in diuinis exclusa distinctione Personarum est *essentiale*; set donum intelligitur esse in diuinis 10
exclusa distinctione Personarum, quia si non esset nisi una Persona in diuinis, adhuc illa posset dare seipsam, sicut prius dictum fuit de Patre; ergo etc.

[3] Item omne nomen dicens respectum ad creaturam est commune tribus et *essentiale*; set `donum´ dicit respectum ad creaturam cui 15
datur; <ergo> etc.

[4] In contrarium est quod dicit AUGUSTINUS VII De Trinitate, quod Verbum non dicitur nisi Filius nec Donum nisi Spiritus Sanctus; set illud quod competit uni Persone est *notionale* et non *essentiale*; ergo etc. 20

| [5] Responsio. Ad sciendum ueritatem omnium talium questionum que fiunt notandum quod significatum dictionis et ratio significandi non mutatur ad hoc quod res significata per nomen inueniatur in alio et alio genere entium. Siue enim illud quod donatur sit bos uel asinus, sit naturale uel supernaturale, creatum uel increatum, nomen tamen 25
`doni´ idem significat, scilicet id quod per diffinitionem importatur; *diffinitio* enim est *ratio* quam significat *nomen*, ut habetur IV Methaphisice. Diffinitio autem `doni´ est quod *donum est datio irredibilis*. Quod autem illud est absolutum uel relatum, *essentiale* uel 30
notionale, totum accidit et est extra significatum et rationem significandi `doni´. Et ideo querenti quid significet `donum´ in

16 ergo] *suppl.: om π*

8 *essentia...Patre*] cf. Hilar., *De Trin.*, IX, 54 (432, 6-12; 432, 24 - 433, 36); Thom., *S.th.*, I, 38, 1, arg 2 27 *diffinitio...nomen*] cf. Arist., *Metaph.*, IV, 7, 1012a23-24 28 *donum...irredibilis*] Arist., *Top.*, IV, 4, 125a18; *Auct. Ar.*, 36, 61 (326, 77)

diuinis, utrum significet essenziale an notionale, responderi debet
 quod nullum eorum significat, licet de aliquo eorum dicatur, sicut
 `pretium` non significat denarium uel numerum uel solidum uel
 35 obolum, licet de quolibet eorum dicatur, set eius significatum et ratio
 significandi abstrahit ab omnibus hiis. Si uero queratur, sicut credo
 quod communiter intendunt mouentes hanc questionem, licet uerba
 questionis aliud pretendant, non de significato uel ratione significandi,
 set de suppositis uel de hiis de quibus predicatur, ut sit sensus quid est
 40 illud in diuinis de quo `donum` predicatur, si est essenziale an
 notionale, uidendum est quid sit de ratione `doni`; quo uiso apparebit
 quod queritur.

[6] Videtur autem quod donum importat tria, scilicet respectum ad
 dantem et ad illum cui datur et modum liberalitatis quo datur; donum
 45 enim est dantis et fit accipientis per liberalem communicationem. Hoc
 supposito dicenda sunt duo: primum est quod in diuinis respectu
 diuinorum nichil est cui competit ratio `doni`, neque notionale neque
 essenziale; secundum est quod ratio `doni` inuenitur in diuinis
 respectu creaturarum et competit eque proprie essentialibus, sicut
 50 personalibus uel essentie, sicut Personis, licet appropriate soli Persone
 Spiritus Sancti.

[7] Primum patet sic: illud quod non communicatur libere alteri non
 habet rationem doni; set in diuinis nichil est quod communicetur
 libere, set quicquid communicatur in diuinis communicatur ex
 55 necessitate nature et non libere, ut dictum fuit cum quereretur
 distinctione 6^a utrum Pater genuit Filium natura; ergo in diuinis
 respectu diuinorum nichil habet rationem `doni`.

[8] Secundum patet, quia donum est aliquid alteri liberaliter

53 set...56 natura] cf. supra, I, 6, 2, [16] (31vb)

communicatum seu exhibitum; set istud eque conuenit essentie uel
 essentialibus sicut Persone uel personalibus respectu creaturarum; 60
 ergo etc. Maior patet ex ratione `doni`. Minor probatur, quia nichil
 diuinum datur creature, ut habetur ab ipsa subiectiue, set tantum
 obiectiue, ut cognitum et amatum siue per modum specialis rectoris et
 directoris, ut dictum fuit 7^a distinctione et 14^a cum ageretur de
 processione temporali; et hoc modo eque datur creature essentia 65
 diuina sicut Persona, scilicet sub ratione obiecti cogniti et amati et per
 modum specialis rectoris et directoris tam in donis gratie quam glorie;
 ergo etc. Nichilominus tamen per modum cuiusdam appropriationis
 esse donum maxime competit Spiritui Sancto, quia omnis specialis
 communicatio que ad donum exigitur procedit ex radice amoris, qui 70
 est actus uoluntatis, et ideo illi Persone conuenit appropriate esse
 Donum que procedit ut Amor uel per modum uoluntatis; set talis est
 sola Persona Spiritus Sancti; ergo etc.

[9] Ad argumenta patet solutio. Cum enim primo arguitur de
 HILARIO, qui dicit quod *essentia est donum quod a Patre datur Filio*, et ita 75
 donum uidetur esse in diuinis respectu diuinorum, quod est contra
 dicta, dicendum quod `donum` ibi accipitur large pro eo quod
 communicatur alteri etiam ex necessitate nature, per quem modum
 dicitur quod omne *generans dat formam*. Nos autem non loquimur nunc
 de `dono` ita large, set stricte, scilicet prout dicit aliquid alteri 80
 communicatum liberaliter quod non conuenit alicui in diuinis respectu
 diuinorum.

[10] Secundum argumentum probat quod esse donum competit
 cuilibet Persone respectu creaturarum, quod concessum est.

64 ut...temporali] cf. supra, I, 14, 1, [4] (49vb-50ra) 75 essentia...Filio] cf.
 Hilar., *De Trin.*, IX, 54 (432, 6-12; 432, 24 - 433, 36); Thom., *S.th.*, I, 38, 1, arg 2
 79 generans...formam] Auer., *Phys.*, VIII, 32 (370G); *Auct. Ar.*, 2, 235 (159, 83)

- 85 [11] Idem probat tertium argumentum, quamuis defectuose, quia non
 omne quod importat respectum ad creaturam est commune tribus
 π63rb Personis, ut patet in hoc quod est `incarnatus`, | quod competit soli
 Filio; et tamen dicit respectum ad creaturam uel creature ad Deum,
 quia ille respectus est in ratione termini qui potest conuenire uni
 90 Persone et non alteri; set respectus principii effectiui necessario
 communis est omnibus Personis, quia fundatur super potentiam que
 est omnibus communis.
- [12] Ad argumentum alterius partis dicendum quod solus Filius dicitur
 Verbum et solus Spiritus Sanctus Donum, non per exclusionem
 95 aliorum, set per appropriationem, ut dictum fuit.

Questio secunda

Vtrum Spiritus Sanctus eo sit donum quo Deus

- [1] Secundo queritur utrum Spiritus Sanctus eo sit Donum quo Deus.
 5 Et uidetur quod non, quia reduplicatio dicit causam inherentie
 predicati ad subiectum; set Spiritum Sanctum esse Deum non est
 causa quare sit Donum, quia multa sunt dona que non sunt Deus;
 ergo Spiritus Sanctus non est eo Donum quo Deus.
- [2] Contra: sicut quicquid habet Filius habet sua generatione, sic
 10 quicquid Spiritus Sanctus habet habet sua processione; set Spiritus
 Sanctus habet quod sit Donum et quod sit Deus sua processione;
 ergo utrumque habet per idem, scilicet per suam processionem.
- [3] Responso. Dicendum quod sicut *hoc* `huius` *dicitur multipliciter*

2 Vtrum...Deus] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 18, 1, 4 (443-444)
 13 hoc...multipliciter] cf. Arist., *Soph. el.*, 24, 180a9-10; *Aud. Ar.*, 37, 22 (333,
 21)

secundum PHILOSOPHUM II Elenchorum, ita esse aliquo dicitur
multipliciter et ad presens dupliciter, scilicet formaliter et originaliter. 15
Si queratur utrum Spiritus Sanctus eodem modo formaliter sit donum
et Deus, dicendum quod non, set deitate est Deus et donabilitate
Donum, et hoc formaliter; differunt enim sicut superius et inferius,
quia in plus Donum quam Deus, uel donabilitas quam deitas, uel sicut
res et ratio, quia `deitas` dicit rem super quam `donabilitas` addit 20
rationem. Si uero queratur utrum Spiritus Sanctus eodem modo
originaliter sit Donum et Deus, dicendum quod sic, quia quicquid
habet Spiritus Sanctus habet unica origine, qua procedit a Patre et
Filio, siue illud sit esse Deum siue esse Donum et quodcunque aliud.
Argumenta procedunt uis suis: primum, quod non eodem formaliter 25
Spiritus Sanctus est Donum et Deus; secundum, quod eodem
originaliter, quod concessum est.

Questio tertia

Vtrum conuenienter dicatur "Spiritus Sanctus noster"

- [1] Tertio queritur utrum conuenienter dicatur "Spiritus Sanctus
noster". Et uidetur quod non, quia `noster` est pronomen 5
possessiuum; set Spiritus Sanctus non possidetur a nobis, set
econuerso; ergo non potest dici noster.
- [2] Item non bene dicitur "Filius noster"; ergo a simili non bene
dicitur "Spiritus Sanctus noster".
- [3] In contrarium est quod dicitur IV Regum 2^o, quia dicit Heliseus 10
Helie: *Oro ut spiritus tuus duplex fiat in me*; set sicut dicitur "tuus", ita

¹¹ Oro...me] IV Reg, 2, 9

potest dici "noster"; ergo etc.

[4] Responsio. Illud quod potest dici "nostrum" habet aliquam
 habitudinem ad nos nec semper requiritur habitudo possessionis, licet
 15 illa sit principalis; alie enim sufficiunt sicut aliquis dicitur pater noster
 uel rex noster. Nominum ergo diuinorum quecunque non important
 aliquam habitudinem ad nos, illis non potest addi proprie `nostrum`,
 `meum` uel `tuum`, sicut est potissime de nominibus abstractis; non
 enim bene dicitur `deitas nostra`, uel `eternitas nostra` et sic de
 20 similibus, ut essentia, substantia et huiusmodi; illis autem nominibus
 diuinis que important aliquam habitudinem ad nos possunt predicta
 pronomina addi. Et quia principalis habitudo Dei ad nos est
 secundum ratione principii actiui, ideo talibus nominibus proprie sit
 talis additio, ut cum dicitur "Deus est creator noster, Saluator noster,
 25 redemptor" et huiusmodi quecunque effectiue ad actionem nostram
 spectant.

[5] Deinde fit consimilis additio nominibus importantibus
 qualescunque habitudines ad nos siue per modum finis, sicut bene
 dicitur "Deus est finis noster" siue per quemcunque alium modum.
 30 Nominibus autem que non important talem habitudinem non possunt
 predicta pronomina addi, sicut sunt nomina Personarum, `Pater` et
 π63va `Filius` et `Spiritus Sanctus`; | hec enim important habitudinem inter
 se qua referuntur adinuicem, set non ad nos; unde sicut non bene
 dicitur "Filius noster", quia per hoc habitudinem habet ad Patrem,
 35 cuius est Filius, et non ad nos, sic non bene dicitur "Pater noster"
 sumendo `Patrem` personaliter (sic enim est solum Pater Filii per
 generationem diuinam), sumendo autem `Patrem` essentialiter, scilicet
 propter habitudinem, sic conuenienter dicitur "Pater <noster>"

38 noster] *suppl.*: om. π

propter habitudinem principii effectiui ad nos. Eodem modo non bene dicitur "Spiritus Sanctus noster", cum non dicat habitudine ad nos, nisi forte quis dicat quod imo, quatenus nobis inspiratur; non enim solum spiratur a Patre et Filio, set ab eisdem nobis inspiratur et utramque habitudinem dicit nomen `Spiritus`.

[6] Set hoc non credo uerum esse, quia `spiritus` de nomine suo uel sonat in subtilitatem nature, ut dictum fuit supra distinctione 10^a, uel trahit hoc nomen a modo sue originis, ut ibidem dictum fuit; ex neutro autem horum importat habitudinem uel alteri inspiratur, quia spiratio, a qua dicitur `spiritus`, et inspiratio, per quam alii inspiratur, sunt alterius rationis; ergo non bene dicitur "Spiritus noster" accipiendo `Spiritus` personaliter nec etiam essentialiter. Et idem dicendum est de nominibus importantibus alias Personas.

[7] De nominibus autem essentialibus concretis idem dicendum est, quia predicta nomina, si sint absoluta, non recipiunt additionem talium pronominum nisi expressa aliqua determinatione respectiua uel saltem subintellecta, ut cum dicitur "Deus noster", subintelligitur `Creator` uel aliquid tale, quo etiam modo dicitur "spiritus Helie" et dictum est ei ab Heliseo *spiritus* etc. *tuus*, inquam ductor uel doctor uel huiusmodi. Per hoc patet responsio ad argumenta utriusque partis.

44 `spiritus`...46 fuit] cf. supra, I, 10, 1, [4] (42ra) 57 spiritus...tuus] cf. IV Reg., 2, 9

Distinctio 19^a

Sententia huius litere in generali et speciali

[1] *Nunc postquam eternitatem* etc. Superius determinavit MAGISTER de
5 Personis diuinis quantum ad earum distinctionem per relationem; hic
uero determinat de ipsis quantum ad earum equalitatem. Ista
diuiditur in duas: Primo enim ostendit equalitatem Personarum;
secundo mouet quandam questionem incidentem ex predictis.
Secunda ibi in principio 21^e distinctionis: *Hic oritur*. Prima diuiditur in
10 duas: primo proponit intentum; secundo exequitur. Secunda ibi:
Quod autem eternitate. Et hec secunda diuiditur in tres: primo ex
predictis supponit equalitatem Personarum quantum ad eternitatem;
secundo probat earum equalitatem quantum ad magnitudinem; tertio
probat earum equalitatem quantum ad propositum. Secunda ibi:
15 *Nunc superest*. Tertia ibi in principio 20^e distinctionis ibi: *Nunc uero*
ostendere restat. Secunda istarum diuiditur in tres: primo probat
equalitatem in magnitudine per nature unitatem; secundo excludendo
omnem inequalitatem; tertio per diuinam simplicitatem. Secunda ibi:
Set iam nunc ad propropositum. Tertia ibi: *Sciendum est ergo*. Prima istarum
20 solum est presentis lectionis. Sunt ergo in lectione ista tres
principales partes, in quarum prima proponit equalitatem
Personarum, secundo ostendit ex precedentibus equalitatem in
eternitate, tertio probat equalitatem in magnitudine per nature

Distinctio 19a]‡ post Sententia ... speciali π 9 21e] sr.: 22. π 11 eternitate] sr.
cum Lombardo: eternitatem π 19 ergo] igitur Lomb.

4 Nunc...eternitatem] Lomb., 159, 9 | Superius...relationem] cf. Lomb., 103, 6
- 159, 6 9 Hic oritur] Lomb., 174, 28 11 Quod...eternitate] Lomb., 160, 26
15 Nunc superest] Lomb., 161, 2-3 | Nunc²...restat] Lomb., 172, 4
19 Set...propropositum] Lomb., 163, 17 | Sciendum...ergo] Lomb., 170, 3

unionem. Prima istarum diuiditur in duas partes: primo proponit
 equalitatem quo ad tria que inueniuntur in Personis; secundo 25
 ostendit quomodo ista tria se habent ad diuinam naturam. Secunda
 ibi: *Cumque tria enumerantur*. Tertia uero pars principalis, in qua
 ostendit equalitatem in magnitudine per nature unitatem, diuiditur in
 tres: primo enim proponit intentum; secundo manifestat propositum
 in generali; tertio ostendit equalitatis signum. Secunda ibi: *Sciendum* 30
ergo. Tertia ibi: *Et inde est quod Pater*. Hec est diuisio et sententia in
 generali.

[2] In speciali uero sic procedit. Et primo proponit quod Persone
 diuine sunt coeterne et coequales ita quod una aliam non precedit
 eternitate nec superat potestate, set sunt coeterne. Et hoc ostendit per 35
 hoc, quod generatio Filii ac processio Spiritus Sancti coeterne sunt
 propter unitatem nature que est in eis. Deinde ostendit quomodo ista
 tria secundum que attenditur equalitas diuinarum Personarum se
 habeant ad diuinam essentiam. Et dicit quod eternitas, magnitudo et
 potentia idem sunt in diuinis, licet diuina essentia | nominibus π 63vb
 distinguatur. Postea probat equalitatem in eternitate ex supradictis.
 Deinde proponit quod diuine Persone sunt equales secundum
 magnitudinem, quod probat per hoc, quod nature magnitudo siue
 perfectio est eadem in una sicut in omnibus uel pluribus Personis.
 Vltimo ponit equalitatis signum, quod est quia una dicitur esse in alia 45
 siue continetur; unde Pater est in Filio et Filius in Patre etc.; et hoc est

27 tria] ista *Lomb.* | enumerantur] *scr.*: emunerantur π enumerentur *Lomb.*
 31 ergo] igitur *Lomb.* 45 equalitatis] *con.*: æqualitas π

27 Cumque...enumerantur] *Lomb.*, 160, 3 30 Sciendum ergo] *Lomb.*, 161, 6
 31 Et...Pater] *Lomb.*, 161, 17 33 Et...37 eis] cf. *Lomb.*, 159, 9-25
 37 Deinde...41 distinguatur] cf. *Lomb.*, 160, 3-13 41 Postea...supradictis] cf.
Lomb., 160, 14-28 42 Deinde...44 Personis] cf. *Lomb.*, 161, 2-14
 45 Vltimo...48 litera] cf. *Lomb.*, 161, 17 - 163, 21

propter nature unitatem. Et ostendit per diuersas autoritates
SANCTORUM, que patent in litera.

50

Questio prima

Vtrum in Personis diuinis sit equalitas

[1] Circa distinctionem istam queritur de tribus principaliter, scilicet
5 de equalitate diuinarum Personarum et de earum eternitate et de
earum unitate. Circa primum queruntur duo: primum est utrum inter
Personas diuinis sit equalitas; secundum est de hoc quod MAGISTER
dicit in litera, quod signum equalitatis Personarum est quod una
Persona est in alia.

10 Ad primum sic proceditur et arguitur quod in diuinis non sit equalitas,
quia ubi est equalitas, ibi est duorum commensuratio in quantitate; set
in diuinis non est commensuratio quantitatis, tum quia non est ibi
quantitas (est enim Deus *sine quantitate magnus* secundum
AUGUSTINUM), tum quia si sit ibi quantitas, tunc infinita est et ei
15 repugnat mensurari; quare, etc.

[2] Item si in diuinis est equalitas, aut ipsa attenditur secundum
essentiam uel secundum relationes; non secundum essentiam uel
essentialia, tum quia substantia uel essentia magis est fundamentum
identitatis quam equalitatis, ut patet V Methaphisice, tum quia
20 ubi est equalitas, ibi est distinctio; nulla autem est distinctio in diuinis

2 Personis diuinis] *coni.*: personas diuinis π

2 Vtrum...equalitas] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 19, 1, 1 (460-463); *S.th.*, I, 42, 1
8 signum...alia] cf. Lomb., 163, 1-6 13 sine...magnus] Aug., *De Trin.*, V, 1, 2
(207, 40-41) 18 substantia...equalitatis] cf. Arist., *Metaph.*, V, 9, 1018a5-7

quo ad essentiam; ergo etc. Nec attenditur equalitas secundum relatiua, ut dicit AUGUSTINUS in fine sequentis distinctionis; ergo in diuinis nullo modo est equalitas.

[3] In contrarium est quod dicit ATHANASIUS in Simbolo: *Tres Personae coeterne sibi sunt et coequales.* 25

[4] Responsio. Dicenda sunt tria: primum est quod in diuinis est equalitas; secundum est quod ibi est equalitas conuersiua; tertium est quod ibi non est adequatio conuersiua. Quantum ad primum preintelligendum est quod cum equalitas sit relatio fundata super quantitatem (dicuntur enim equalia illa que participant eandem 30 quantitatem, non secundum magis et minus), idcirco opus est hic distinguere de quantitate. Vno enim modo accipitur pro quantitate molis corporalis, que cum sit distincta, facit unum predicamentum distinctum contra qualitatem et substantiam; et hoc modo non est quantitas in diuinis nec equalitas super ipsam fundata. 35

[5] Alio modo accipitur pro quantitate perfectionis; et sic inuenitur in diuinis et in omnibus in quibus uel inter que contingit inuenire diuersos gradus perfectionis. Et quia perfectionum quedam sunt substantiales et quedam accidentales, que pertinent ad genus 40 quantitatis uel qualitatis ideo quantitas sic accepta non distinguitur contra substantiam et qualitatem, set est transcendens et communis ad ista et per consequens equalitas super eam fundata non distinguitur contra identitatem et similitudinem nisi secundum rationem superioris et inferioris; nam sicut in creaturis eadem res, puta humanitas, est 45 substantia et habet determinatum gradum perfectionis, sic secundum

33 molis] *sr.*: mollis π

21 Nec...relatiua] cf. Aug, *De Trin.*, VI, 9, 10 (240, 47-49); Lomb., *Sent.*, I, 20 (174, 21-22) 24 Tres...coequales] *Symb. Athanasian.*, 26 (42)

29 equalitas...quantitatem] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 31, 1, 1, sol. (719)

eam, ut est substantia, duo homines dicuntur idem in humanitate illo modo quo dicit PORPHIRIUS quod *participatione speciei plures homines sunt unus* homo (de hac enim identitate loquimur nunc et non de illa qua unum suppositum dicitur idem sibiipsi); ut autem humanitas habet
 50 eundem gradum perfectionis, dicuntur equales; similiter duo homines participantes albedinem secundum eam, ut est quedam qualitas, dicuntur similes, ut autem participant eam secundum eundem gradum uel diuersum, dicuntur equaliter uel inequaliter albi.

[6] De equalitate ergo fundata super quantitatem sic acceptam quod
 55 sit in diuinis, probatur sic: ubicunque sunt plura extrema distincta realiter habentia eandem quantitatem, non secundum magis et minus, ibi est equalitas; set in diuinis est sic; ergo est equalitas. Maior patet,
 π64ra quia in hoc | differunt similitudo et equalitas ab illa identitate qua unum suppositum dicitur idem sibiipsi, quod extrema illius identitatis
 60 non sunt distincta realiter, set solum secundum rationem, extrema uero similitudinis et equalitatis oportet esse distincta realiter; nichil enim est sibiipsi simile uel equale. Oportet etiam extrema ipsius equalitatis habere eandem quantitatem non secundum magis et minus, dicente PHILOSOPHO X *Metaphisice* quod equale dicitur per
 65 priuationem maioris et minoris; ergo ubicunque sunt duo predicta, ibi est equalitas. Et hec fuit maior. Minor similiter patet: in diuinis enim sunt plures Persone realiter distincte habentes eandem quantitatem non secundum magis et minus; quantitas enim perfectionis est in diuinis nec est in eis secundum maius et minus cum sit una numero in
 70 omnibus et semper inuariabilis. Est autem hic aduertendum quod in creaturis similitudo et equalitas non solum habent extrema realiter

58 hoc] *iter. π 64 X] coni.: 4. π*

47 participatione...unus] Porph., *Isag.* (12, 18-19) 64 equale...minoris] cf. Arist., *Metaph.*, X, 6, 1056a20-24

distincta, set etiam fundamenta, quia quantitas secundum quam aliqua
 dicuntur equalia non est una numero in eis; et idem est de qualitate
 secundum quam aliqua dicuntur similia; et in utroque istorum
 differunt similitudo et equalitas ab identitate qua aliud unum numero 75
 dicitur idem sibi. Et si contingeret uel per naturam, ut in monstris, uel
 per artem, ut in picturis et sculpturis, quod aliqua duo conuenirent in
 aliquo uno secundum numerum, sicut due imagines duorum
 animalium pinguntur in uno capite uel duo monstra que sic nascuntur,
 talia non dicuntur proprie similia nec dicuntur simpliciter idem, set 80
 medio modo, quia quo ad fundamentum conuenientie plus esset ibi
 quam similitudo, scilicet uera identitas numeralis in capite, que non
 dicitur proprie similitudo, quia est aliquid potius similitudine, set quo
 ad extrema esset minus quam in identitate eiusdem suppositi ad
 seipsum, uidelicet aliqua realis distinctio extremorum. Et sic est in 85
 diuinis; quia enim Persone diuine realiter distinguntur inter se et
 nichilominus conueniunt in una perfectione secundum numerum non
 habita secundum plus et minus, ideo propter primum, scilicet propter
 realem distinctionem, non est omnimoda identitas, set propter
 secundum, scilicet propter conuenientiam in una perfectione, 90
 secundum numerum est ibi plus quam equalitas uel similitudo, que est
 in sua ratione, saltem prout utimur in creaturis; includunt
 distinctionem fundamentorum. Et sic patet primum.

[7] Quantum ad secundum sciendum quod licet equalitas que
 attenditur secundum quantitatem molis non requirat similitudinem 95
 nec econuerso; possunt enim equales quantitate esse dissimiles
 qualitate et similes qualitate esse inequales quantitate; tamen
 ubicunque equalitas attenditur secundum quantitatem perfectionis uel
 uirtutis, ibi necessario equalitas supponit similitudinem et non

100 econuerso, sicut que sunt equaliter alba necessario sunt alba et non
 econuerso; propter quod in diuinis, ubi non est magnitudo molis, set
 uirtutis et perfectionis, equalitas supponit similitudinem et addit super
 eam paritatem gradus uel magis priuationem excessus et defectus;
 unde ista se habent per ordinem similitudo, equalitas et adequatio.
 105 Equalitas enim super similitudinem addit priuationem intensionis et
 remissionis, sicut equaliter sunt alba que participant albedinem non
 secundum magis et minus. Adequatio autem addit super equalitatem
 ymitationem; quod enim adequatur alteri et ad eius ymitationem.
 Vnde AUGUSTINUS dicit quod *ymago, si perfecte implet illud cuius est*
 110 *ymago, coequatur ei* et non econuerso.
 [8] Hiis uisis patet faciliter secundum propositum sic: omnis enim
 relatio equiparantie est mutua et conuersiua; set qualitas est relatio
 equiparantie; ergo ubicunque est ipsa, est mutua et conuersiua.
 [9] Tertium patet sic ex eodem: omnis adequatio est alicuius habentis
 115 se ad aliud per modum ymaginis ad exemplar, sicut ymago Herculis fit
 ad ymitationem Herculis, et non econuerso; cum ergo nichil unum et
 idem respectu eiusdem possit esse res et ymago, patet quod adequatio
 nunquam recipit conuersionem; unde in diuinis Filius equatur Patri, et
 non Pater Filio, et Spiritus Sanctus utrique et non econuerso.
 π64vb [10] Ad primum argumentum dicendum quod de ratione lequalitatis
 non est commensuratio, set priuatio maioris et minoris, ut patet ex X
 Methaphisice, licet tamen talis priuatio non possit esse sine
 commensuratione in quantis finitis; in diuinis ergo est equalitas non
 ponendo communem terminum, set priuando excessum.

100 sicut] *huc transposui: post que sunt π* 112 equiparantie] *scr.: equiparentie π*
 113 equiparantie] *scr.: equiparentie π* 121 X] *ani.: 4. π*

109 ymago...ei] *Aug., De Trin., VI, 10, 11 (241, 10-12)* 120 de...minoris] *cf. Arist., Metaph., X, 6, 1056a20-24*

[11] Ad secundum dicendum quod equalitas attenditur secundum 125
 essentiam et essentialia, ut habent rationem quantitatis uel uirtualis uel
 perfectionalis; nec oportet fundamentum esse distinctum nisi in
 equalitate et similitudine proprie dicta, idest que nichil plus habet
 identitatis quam requirat propria equalitas uel similitudo, quod non est
 in diuinis. 130

Questio secunda

Vtrum esse eternum conueniat Deo

[1] Circa secundum principale, scilicet de eternitate, queritur utrum 5
 esse eternum conueniat Deo. Et uidetur quod non, quia `eternitas` est
 nomen mensure; set Deo non competit habere mensuram uel esse
 mensuratum; ergo nec esse eternum.

[2] Item nichil creatum competit Deo nisi secundum naturam 10
 assumptam; set eternitas est aliquid creatum, dicente AUGUSTINO
 libro 83 questionum quod *Deus est causa eternitatis*; ergo non
 potest euenire Deo nisi secundum naturam assumptam; set secundum
 illam non conuenit ei esse eternum, set ex tempore; ergo nullo modo.

[3] In contrarium est quod dicitur ISAIE 57^o: *Hec dicit Dominus excelsus 15*
et sublimis habitans eternitatem, et in Psalmo: *Tu autem in eternum*
permanes etc., et in Simbolo: *Eternus Pater, eternus Filius, eternus*
Spiritus Sanctus.

4 eternitate] *coni.*: trinitate π 10 83] *coni.*: 74. π | causa] auctor *Aug.*

2 Vtrum...Deo] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 19, 2, 1 (465-469); *S.th.*, I, 10, 1-3
 10 Deus...eternitatis] *Aug.*, *De diu. quaest.* 83, 23 (27, 12); cf. Thom., *Super Sent.*,
 I, 19, 2, 1, arg 1 (465); *S.th.*, I, 10, 2, arg 1 13 Hec...eternitatem] *Is.*, 57, 15
 14 Tu...permanes] *Ps.*, 101, 13 15 Eternus...Sanctus] *Symb. Athanasian.*, 10
 (41)

[4] Responso. Dicenda sunt tria: primum est quid sit eternitas; aecundum est quomodo differat ab aliis mensuris; tertio apparebit ex hiis propositum.

20 Quantum ad primum sciendum est quod `eternitas` uidetur importare durationem interminabilem; eternum enim dicitur *quasi extra terminos ens* uel existens. Istud autem potest esse tripliciter: uno modo quod sit interminabilitas secundum totum, licet non sit secundum partes; et hoc modo posset interminabilitas conuenire tempori a parte post et a
25 parte ante secundum ILLOS qui ponunt quod motus potuit esse ab eterno; tunc enim tempus secundum sui totalitatem non haberet terminos; quelibet tamen pars temporis significata terminaretur.

[5] Secundo modo quod non sit terminatio quo ad totum nec quoad partes; et hoc modo potest competere angelo; potuit enim creari ab
30 eterno et permanere in eternum; et hec permanentia eque respicit totum esse angeli et non aliter totum et aliter partem, quia non est ibi pars et pars. Tertio modo ut sit interminabilitas non solum possibilitas carendi terminis, set impossibilitas habendi terminos quoquo modo; et hoc modo nec motui nec angelo potest conuenire interminabilitas
35 nec alicui creature, quia omnis creatura potuit de nouo recipere esse et de nouo desinere esse, saltem per subtractionem influentie diuine. Et talis interminabilitas, que est impossibilitas habendi terminos durationis, et est de ratione eternitatis proprie dicte, quam diffinit BOETIUS dicens quod *eternitas est interminabilis uite tota simul et perfecta*
40 *possessio*, in qua excludit ab eternitate principium etiam durationis et finem, cum dicit interminabilis uite, et omnem successionem in partibus, cum dicit tota simul, et possibilitatem habendi terminum uel successionem, cum dicit perfecta possessio; non enim perfecte

21 eternum...ens] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 8, 2, 1, sol. (202)
39 eternitas...possessio] Boeth., *Phil. Cors.*, V, 6, 4 (155, 9-10)

possidetur quod non possidetur totum simul aut quod possessum
 amitti potest. Hoc de primo. 45

[6] Secundum patet faciliter, scilicet qualiter eternitas differt ab aliis
 mensuris, scilicet euo et tempore. Differt enim in hoc, quod
 `tempus` dicit mensuram rei semper difformiter se habentis in se per
 successionem partium secundum prius et posterius; est enim
 mensura motus per quam res semper se habet aliter et aliter; eum 50
 uero est mensura rei se habentis uniformiter in se que tamen
 compatitur uariabilitatem et transmutationem adiunctam uel
 secundum locum, ut in corporibus celestibus, quorum π esse, licet sit π 64va
 inuariabile in se, tamen habet uariationem adiunctam secundum
 locum, uel secundum formam, ut in luna quo ad lumen, et in angelis 55
 quo ad electionem et cognitionem, ut QUIDAM ponunt (talis res
 uariabilis est de esse ad non esse per subtractionem influentie
 superioris cause); `eternitas` uero dicit mensuram uel potius
 durationem rei omnino inuariabilis in se in quo specialiter differt a
 tempore, nec compatitur secum aliquam uariabilitatem, neque 60
 secundum aliquid adiunctum neque de esse ad non esse, in quo
 differt ab euo. Et sic patet secundum.

[7] Ex hiis apparet propositum, scilicet quod esse eternum proprie
 conuenit Deo et soli Deo. Quod patet sic: illud solum proprie est
 eternum quod non potest deficere ab esse quoquo modo, nec 65
 secundum se nec secundum aliquid sui est mutabile, nec compatitur
 secum aliquam mutabilitatem; set solus Deus est huiusmodi; non
 enim potest deficere ab esse aliquo modo cum sit necesse esse a
 nullo alio dependens, nec est mutabilis secundum se, nec secundum

55 quo ad] *coni.*: quod π

48 `tempus`...50 aliter²] cf. *Auct. Ar.*, 2, 137-139 (151, 28-32)

- 70 aliquid sibi adiunctum, secundum illud MALACHI 3^o: *Ego Deus et non*
mutor, et IACOBI 1^o: *Apud quem non est transmutatio*. Omnia autem alia
 sunt defectibilia ad esse cum dependeant ab alio. Quedam etiam
 eorum in quadam uariatione consistunt; quedam uero uariationem
 habent adiunctam. Ergo solus Deus est proprie eternus.
- 75 [8] Ad primum argumentum dicendum quod eternitas non est
 nomen measure, set durationis diuine. Sicut enim primum in
 unoquoque genere non mensuratur aliquo sui generis, set est
 mensura aliorum (sicut omnis motus mensuratur per primum
 motum, ipse autem non mensuratur per aliquem alium motum), sic
 80 primum simpliciter in tota uniuersalitate entium non habet omnino
 aliquam mensuram, set est omnium mensura, licet heterogenea, nec
 mensuratur seipso, quia omnis mensura realis differt realiter a
 mensurato; propter quod `eternitas` non dicit mensuram esse
 diuini, set eius durationem a nullo mensuratam.
- 85 [9] Ad secundum dicendum quod minor est falsa: eternitas enim
 proprie dicta non est aliquid creatum; AUGUSTINUS autem dicens
 quod *Deus est causa eternitatis*, non accipit proprie `eternitatem`, que
 est duratio esse diuini, set improprie pro euo, quod est eternitas
 participata, cuius Deus est causa, de qua procedit obiectio.
- 90

Questio tertia

Vtrum in diuinis sit circuminsessio

70 Deus] Dominus *Mal.*

70 Ego...mutor] *Mal.*, 3, 6 71 Apud...transmutatio] *Iac.*, 1, 17
 87 Deus...eternitatis] *Aug.*, *De diu. quest.* 83, 23 (27, 12)
 2 Vtrum...circuminsessio] cf. *Thom.*, *Super Sent.*, I, 19, 3, 2 (474-476); *S.th.*, I,
 42, 5

[1] Deinde queritur utrum in diuinis sit circumin sessio (uoco autem
 `circumin sessionem' quod una Persona sit in alia). Et uidetur quod 5
 non, quia si Pater esset in Filio et Filius in Patre, sequeretur quod
 Pater sit in seipso; consequens est falsum; ergo et antecedens.
 Probatio consequentie: quia si Sortes est similis Platoni et Plato est
 similis Martino, sequitur quod Sortes est Martino, et eodem modo
 est in proposito, ut uidetur; falsitas consequentie apparet, quia *nichil* 10
potest esse in seipso, ut habetur IV P H I S I C O R U M.

[2] Item ARISTOTILES IV P H I S I C O R U M assignat modos essendi in
 se; set secundum nullum eorum una Persona potest esse in alia, ut
 patet discurrendo per singulos; ergo etc.

[3] In contrarium est quod dicitur IOANNIS 14^o: *Ego in Patre et Pater in* 15
me est.

[4] Responsio. Dicendum est quod in diuinis est circumin sessio, quia
 Pater est in Filio et Filius in Patre et quelibet Persona in alia. Qualiter
 autem hoc sit, <primum est ***>; secundum est quod una Persona
 non potest esse in alia ratione totius constituti ex essentia et relatione 20
 ita quod quelibet sit continens et contenta ratione totius, potest
 tamen ratione alterius partis (nec fiat uis in nomine `totius' et
 `partis'), quia sic oportet loqui, licet in diuinis non sit proprie totum
 et pars. Primum patet sic: esse in alio et in quo aliud opponuntur
 secundum proprias rationes, sicut esse ab alio et a quo aliud; set 25
 nichil unum et idem secundum idem et respectu eiusdem est ab alio
 et a quo aliud; ergo nichil unum et idem respectu eiusdem et

19 primum...***] *suppl.: om π*

10 nichil...seipso] cf. Arist., *Phys.*, IV, 3, 210b22; *Auct. Ar.*, 2, 124 (150, 8)

12 modos...se] cf. Arist., *Phys.*, IV, 3, 210a25-b31 15 Ego...est] Ioh., 14, 10

secundum idem est quod in alio et in quo aliud; set istud sequeretur
 si Pater esset in Filio et econuerso quilibet ratione totius constituti;
 30 quare etc.

π64vb | [5] Secundum patet, scilicet quod una Persona potest esse in alia
 ratione partis, nisi quod preintelligendum est quod secundum
 nostrum modum intelligendi diuina Persona est constituta quasi ex
 duabus partibus, scilicet ex essentia et relatione; una autem Persona
 35 non proprie dicitur esse in alia ratione relationis, licet per eam sit de
 intellectu alterius, quia ut ad que et ut in quo sunt diuerse
 habitudines, set habitudo Persone ad Personam secundum relationes
 est habitudo ut ad quem tantum; ergo ratione relationis una Persona
 non est in alia.

40 [6] Item illud per quod una Persona distinguitur ab alia non est ratio
 quare una sit in alia, quia illud per quod una est in alia est commune
 utrique et est in utraque; alioquin non esset ratio quare una Persona
 esset in alia; set relationes quibus Persone distinguntur non sunt
 communes Personis; ergo secundum eas una non dicitur esse in alia.

45 [7] Restat ergo quod una Persona sit in alia ratione essentie que una
 est numero in omnibus Personis; set Persona non est ut in qua est
 alia ratione solius essentie, quia tunc per idem conueniret Persone
 esse in alio et in quo aliud, quod reprobatur est; set conuenit
 Persone ut in ipsa sit alia ratione totius constituti, sicut Filio conuenit
 50 ratione essentie quod sit in Patre, set Patri conuenit ut sit in quo est
 Filius ratione totius constituti, et similiter in aliis. Et hoc uidetur
 rationabile; illud enim in quo est aliud debet excedere uel esse in plus
 quam illud quod est in ipso; set Pater ratione totius constituti se
 habet aliquo modo in plus quam Filius ratione solius essentie, et
 55 similiter econuerso; quare etc.

[8] Ad primum argumentum, cum dicitur: si Pater est in Filio et

Filius in Patre etc., dicendum quod consequentia non tenet, quia inesse est proprietas distincti, eiusdem autem ad seipsum non est distinctio. Et ideo procedendo in rectum bene tenet consequentia, non reflectendo sicut in exemplo quod adducitur: si Sortes est similis Platoni et Plato Martino, bene sequitur quod Sortes sit similis Martino; reflectendo autem non tenet consequentia, quia reflectio tollit distinctionem, unde non sequitur: Sortes est similis Platoni et Plato similis Sorti, ergo Sortes est similis sibiipso. Eodem modo sequitur in proposito: Spiritus Sanctus est in Filio et Filius est in Patre, ergo Spiritus Sanctus est in Patre; non tamen sequitur reflectendo: Pater est in Filio et Filius in Patre; ergo Pater est in seipso. Vel dicendum quod forte sequeretur: quolibet Persona esset in alia ratione totius constituti et esset in qua alia ratione eiusdem; set non est ita, ut uisum est.

[9] Ad secundum dicendum quod non omnes modi essendi in aliquo continentur in illis quos ponit ARISTOTILES IV *PHISICORUM*, nisi forte per quandam remotam reductionem, sicut esse in tempore reducitur ad illum modum quo aliquid in loco est, quia uterque est sicut mensuratum in mensura; et eodem modo potest hic inueniri aliqua reductio: Pater enim est in Filio ratione essentie, essentia autem est in Filio modo quo natura communis est in supposito; reducitur ad modum quo genus est in specie uel species in individuo, licet essentia non habeat proprie rationem generis uel speciei respectu Personarum, ut postea patebit.

Secunda pars distinctionis 19^e
Sententia huius litere in generali et speciali,
et in generali primo

5 [1] *Set iam nunc ad propositum* etc. Superius MAGISTER probauit
equalitatem in magnitudine per nature unitatem; hic probat eam
remouendo siue excludendo omnem inequalitatem et cum hoc
sequitur alia pars in qua probat equalitatem in magnitudine per
10 diuinam simplicitatem et unitatem, et sic sunt due partes. Prima
autem istarum diuiditur in tres: primo ostendit intentum; secundo
opponit in contrarium; tertio soluit obiectionem. Secunda ibi: *Hiis
autem uidentur aduersari*. Tertia ibi: *Hec autem que hic dicuntur*. Prima
istarum diuiditur in quatuor partes secundum quatuor que
persequitur ad ostendendum suum intentum: primo enim probat
15 quod in diuinis non est conuenientia tanquam in toto integrali;
secundo <quod> non est conuenientia in diuinis tanquam in toto
uniuersali; tertio quod non est conuenientia tanquam in materiali
aliquo; quarta quod non est in proprietate formali aliqua. Secunda ibi:
π65ra *Hic autem adiiciendum est*. Tertia ibi: *Notandum etiam*. Quarta | ibi: *Hiis
20 quoque adiiciendum est*. Hec diuisio et sententia lectionis in generali.
[3] In speciali uero sic procedit MAGISTER. Et ostendit primo quod
non est inequalitas in diuinis per hoc quod sit aliquod totum
integrale in Personis, quod ex hoc probat: ubi est summa nature
unitas, ibi non potest esse totius integralis uel partium diuersitas;

11 Hiis] *scr. cum Lombardo*: hic π **12** aduersari] *scr. cum Lombardo*: aduersari; π
16 quod] *suppl.:* om. π

5 Set...propositum] Lomb., 163, 17 | Superius...unitatem] cf. Lomb., 161, 2 -
163, 15 **11** Hiis...aduersari] Lomb., 167, 17 **12** Hec...dicuntur] Lomb., 168,
18 **19** Hic...est] Lomb., 165, 10-11 | Notandum etiam] Lomb., 166, 21
Hiis...est] Lomb., 167, 3 **21** Et...25 etc] cf. Lomb., 163, 17 - 164, 19

set hec est in diuinis Personis; ergo etc. Quomodo autem pluralitas 25
 Personarum non ponat compositionem in diuinis, ostendit per
 simile ex hoc quod in una et eadem Persona pluralitas attributorum
 compositionem non ponit. Deinde ponit et probat quod in diuinis
 non est natura totius uniuersalis; non enim dicimus essentiam
 totum uniuersale esse respectu Personarum, quod ostendit duabus 30
 rationibus. Prima dicit impossibile et est talis: multiplicatis illis
 quorum est genus multiplicatur et ipsum genus; ergo si diuina
 essentia esset genus respectu Personarum, multiplicaretur diuina
 essentia multiplicatis diuinis Personis; constat autem quod diuina
 essentia non multiplicatur multiplicatis diuinis Personis; ergo diuina 35
 essentia non est genus nec Persone sunt species nec indiuidua.
 Ratio autem ista est beati AUGUSTINI dicentis quod diuina essentia
 non est genus nec Persone species nec essentia est species nec
 Persone indiuidua ratione predicta, quia iam multiplicaretur diuina
 essentia; ergo diuina essentia non est species nec genus nec 40
 Persone sunt ut indiuidua; manifestum ergo est quod diuina
 essentia non est uniuersale ad Personas. Alia ratio est ostensiuia et
 est talis: una essentia in quantum una non habet species; set diuina
 essentia est simpliciter una; ergo non habet species; et quod non
 habet species non est genus; ergo diuina essentia non est genus. 45
 Item non est species, quia non multiplicatur ad multiplicationem
 Personarum; ergo non est ibi aliquod totum uniuersale. Postea dicit
 quod tres Persone non conueniunt in essentia sicut in parte
 materiali, ita quod diuina essentia sit in materia Personarum sicut

25 Quomodo...28 ponit¹] cf. Lomb., 164, 21 - 165, 6 28 Deinde...42
 Personarum] cf. Lomb., 165, 10-27; Aug., *De Trin.*, VII, 6, 11 (262, 33 - 263, 56)
 42 Alia...47 uniuersale] cf. Lomb., 165, 28 - 166, 18 47 Postea...53 material]
 cf. Lomb., 166, 20-30

50 lutum uel es multorum uasorum, quia, sicut dicit, in omnibus que
constituuntur ex una materia plus est de materia in pluribus quam
in una; set non est plus de essentia diuina in pluribus Personis
quam in una; ergo essentia non se habet ad Personis ut materia.
Deinde ostendit quod diuine Persone non conueniunt in essentia
55 sicut in proprietate formali, sicut conueniunt homines in una
complexione, qui etiam propter hoc dicuntur esse unius nature;
quod ex hoc ostenditur, quia in hiis maius aliquid sunt duo quam
unus quod non est in diuinis Personis. Postea obiicit per
autoritatem DAMASCENI, qui dicit quod diuina essentia est
60 communis et uniuersalis, tres uero Persone sunt tria particularia.
Deinde respondet ad hoc et dicit quod uerba ista DAMASCENI non
proprie, set similitudinarie sunt accipienda; sunt ibi tamen aliqua
que similitudine tenent respectu communis et aliqua respectu
particularis. Differentia autem numeralis dicitur in diuinis esse, non
65 quod aliquid sit in una quod nullo modo sit in alia, set quia propter
distinctionem relationum possunt sibi inuicem connumerari.
Ultimo probat equalitatem magnitudinis Personarum ex ratione
unitatis uel ex diuina simplicitate sic: ubicunque idem est unitas et
magnitudo, non est maior magnitudo ubi non est maior unitas; set
70 in Deo est idem magnitudo et unitas secundum rem; ideo si in Deo
non est maior unitas, ibi non est maior magnitudo; set non est
maior unitas in tribus Personis quam in una; ergo non est maior
magnitudo trium quam unus tantum; et ita sunt in magnitudine

64 numeralis] *ari.*: materialis π

54 Deinde...58 Personis] cf. Lomb., 167, 3-16 58 Postea...60 particularia] cf.
Lomb., 167, 17 - 168, 8; Ioh. Damasc., *De fide orthod.*, 48 et 50 (180, 4-8; 186,
5-10) 61 Deinde...66 connumerari] cf. Lomb., 168, 8 - 169, 32
67 Ultimo...74 equales] cf. Lomb., 170, 3-31

equales. Concludit etiam ex dictis quod quamuis Deus dicatur trinus, non tamen est dicendus triplex, quia triplicitas inequalitatem poneret; in illis enim rebus inuenitur triplicitas ubi tria excedunt unum in magnitudine; quod tamen non est in diuinis Personis; ergo non est ibi triplicitas etc.

75

80

Questio quarta

Vtrum in diuinis sit dare totum et partem

[1] Circa lectionem istam queritur de duobus: primum est utrum in diuinis sit dare totum et partem; secundum est de ueritate, quod est tertium principale in tota ista distinctione. Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod in diuinis non sit dare totum et partem, quia ubicunque est dare totum et partem, ibi est dare maius et minus, quia omne totum est maius sua parte; set in diuinis non est dare maius et minus cum ibi sit summa equalitas; ergo etc.

5

π65rb

10

[2] Item omne quod habet rationem partis habet rationem imperfecti; set in Deo nichil potest esse imperfectum; ergo nec pars, quare nec totum cum totum et pars correlatiue dicantur.

[3] In contrarium est quia *totum et perfectum sunt idem*, ut dicitur III *Physicorum*; set in Deo maxime reperitur ratio perfecti; ergo et ratio totius et per consequens ratio partis propter rationem prius tactam.

15

[4] Responsio. Videndum est primo de ratione totius in generali qualiter conueniat diuinis, et secundo uidebitur de specialibus

74 Concludit...78 etc] cf. Lomb., 171, 2-22 2 Vtrum...partem] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 19, 4, 1-2 (480-484) 14 totum...idem] cf. Arist., *Phys.*, III, 6, 207a13-14

20 rationibus totius huius et illius, puta totius uniuersalis et totius
integralis, an similiter competant diuinis.

Quantum ad primum sciendum quod sicut dicitur I Celi et
mundi *omne, totum et perfectum non differunt secundum speciem, set*
secundum materiam in qua reperiuntur. Completio enim que
25 importatur absolute per nomen `perfecti` contrahitur per `omne`
et `totum`, quia utrumque importat complementum contentiuum
plurium; de eo enim quod est unum tantum actu et potentia nec
includit nisi unum, non potest dici `totum` neque omne perfectum
`totum` potest dici, ut hec natura huius angeli potest dici naturaliter
30 `perfecta`, set non potest dici proprie `tota` uel `omnis`.

[5] Rursus `omne` in natura cui conuenit requirit quod contineat
plura de quibus nomen importans illam naturam dicatur; et ideo
solum additur termino communi que distribuit pro illis solum de
quibus dicitur. `Totum` uero reperitur in illis que continent plura,
35 de quibus dici non possunt, sicut dicitur "tota domus", que habet
omnes partes domus, de quibus tamen non predicatur. Cum ergo
constet quod esse perfectum potissime conueniat diuinis, dubium
est de toto et omni, quorum utrumque importat perfectionem
contentiuam plurium. Tamen si hec continentia sit plurium
40 secundum rationem, adhuc uidetur quod possit reperiri in diuinis;
constat enim quod in diuinis sunt plura ratione differentia; pelagus
enim perfectionis diuine includit multas perfectiones attributales
aliquo modo, sicut totum partes. Si uero talis continentia sit
plurium differentium secundum rem, tunc maius dubium est an sit
45 in diuinis. De hoc tamen statim in secundo articulo apparebit.

[6] Quantam ad secundum sciendum est quod totum includens

23 omne...reperiuntur] cf. Arist., *De ardo*, I, 1, 268a20-22

realiter multa actu uel potentia uidetur ad presens esse in
quadruplici differentia, scilicet essenziale, integrale, uniuersale et
numerale. Totum essenziale est quod continet plura realiter
constituentia unam essentiam per modum actus et potentie, sicut 50
est compositum ex materia et forma; totum uero integrale est quod
continet plura realiter constituentia ipsum non per modum actus et
potentie, set per modum continuationis, ut in toto continuo, uel
per modum colligationis, ut in domo, archa uel lecto; totum uero
uniuersale continet actu uel aptitudine plura non constituentia 55
aliquod unum realiter, set discreta inter se, de quorum quolibet
predicatur, in quo differt a toto essenziali et integrali, quorum
neutrum predicatur de suis partibus; totum uero numerale non est
aliud quam numerus comprehendens pluralitatem aliquorum, sicut
duodenarius numerus dicit numerum apostolorum, et, ut uidetur 60
michi, hec non est ratio totius nisi nimis abusive, quia totum
comprehendit plura, ut aliquo modo sunt unum uel saltem unita,
set numerus dicit solum plura non ut unum, set uerificatur
numerus quicumque de illis que in nullo sunt unum nec unita, nec
compositione, ut in toto essenziali, nec continuatione uel 65
colligatione, ut in toto integrali, nec in conceptione intellectus, ut in
toto uniuersali; quare non uidetur quod sit totum nisi nimis
improprie, et ideo ad presens dimittatur, quia inferius requiretur
utrum sit numerus in diuinis.

[7] De toto ergo essenziali utrum sit in diuinis, dicendum quod non: 70
primo, quia omne totum essenziale continet plures essentias
imperfectas constituentes unam essentiam perfectam; ex hoc enim
dicitur totum essenziale, quia continet plures essentias reales; set in

68 inferius... diuinis] cf. infra, I, 24, 1 (71vb-72rb)

diuinis nullo modo sunt plures essentie; ergo nec totum essenziale.

75 [8] Secundo, quia in diuinis, si esset totum essenziale, hoc esset
 π65va Persona repectu essentie et relationis, ex quibus constituitur; I
 nichil enim in diuinis est quod ex pluribus constituitur nisi Persona;
 set persona non potest esse totum essenziale; ergo etc. Probatio
 minoris: illa ex quibus constituitur totum essenziale reale sunt
 80 realiter unum actu, et reliquum potentia; set essentia et relatio, ex
 quibus Persona constituitur, non sunt actus et potentia, set sunt
 actus absolutus et relatus; ergo essentia et relatio non constituunt
 aliquid quod sit essenziale totum; et nichil aliud est in diuinis quod
 possit habere rationem totius essentialis, ut dictum est; ergo in
 85 diuinis nullo modo est totum essenziale.

[9] Item nec totum integrale, quia totum integrale consistit proprie
 in partibus quantis quantitate molis, que possunt constituere totum
 per modum continuationis uel contiguationis uel colligationis; set
 in diuinis nichil est quantum quantitate molis; ergo etc. Maior
 90 probatur, quia omne totum integrale habet partem extra partem,
 quod competit solum quantis. Minor de se patet. Item si esset
 aliquod totum integrale in diuinis, illud esset Persona, quia, sicut
 prius dictum est, nichil est in diuinis ex pluribus constitutum nisi
 Persona; set Persona non est totum integrale; ergo etc. Probatio
 95 minoris: totum integrale est perfectius qualibet sua parte (sicut
 enim totum habet rationem integri, sic quelibet pars habet
 rationem diminuti); set Persona non est aliquid perfectius quam
 sola essentia (tota enim perfectio in diuinis est ab essentia et non
 relatione; alioquin aliquid perfectionis esset in una Persona quod
 100 non esset in alia, sicut et aliquid relationis); ergo Persona non est

95 perfectius] *ani.*: perfectus π

aliquid perfectius quam sola essentia, nec per consequens est totum integrale ad ipsam et ad relationem.

[10] De toto autem uniuersali dicendum quod ea que sunt in diuinis possunt considerari secundum esse quod habent secundum se in re extra uel secundum esse quod habent in anima. Si primo modo, sic 105 in diuinis nichil est uniuersale. Quod patet, primo quia eidem et secundum idem impossibile est quod conueniat ratio uniuersalitatatis et singularitatis; set omni rei, siue in creaturis siue in diuinis, conuenit ratio singularitatis secundum esse quod habet in re extra; sic enim uerum est uerbum BOETII quod *omne quod est ideo est, quia numero est*; ergo nulli rei, neque in diuinis neque in creaturis, conuenit ratio uniuersalitatatis secundum esse quod habet in re extra. Secundo, quia si aliquid quod sit in diuinis haberet rationem uniuersalis, hoc esset potissime essentia, que reperitur in pluribus Personis et de pluribus predicatur, que uidetur esse ratio 115 uniuersalis; set essentia non habet rationem uniuersalitatatis ad Personas secundum esse quod habet in re extra; ergo etc. Minor probatur, tum quia unitas uniuersalis in singularibus non est unitas rei, set tantum rationis, sicut et entitas, unitas autem essentie in Personis est unitas rei, non rationis; tum quia uniuersale dicitur in 120 communi quicquid pertinet ad rationem suppositi, essentia autem non, quia non dicit relationem que est suppositi constitutiuam; ergo essentia non habet rationem uniuersalis ad Personas. Cum enim ratio uniuersalis consistat in esse communicabili pluribus et in esse plurificabili eis (propter quod uniuersalitas est a solo intellectu et 125 non a natura rei), et primum quidem pertinet ad perfectionem,

110 ideo] idcirco *Boeth.* 125 uniuersalitas] *coni.*: unitas π

110 omne...est³] *Boeth., In Isag. comm. ed. sec., I, 10 (162, 2-3)*

secundum autem ad imperfectionem, natura diuina primum habet,
 secundum non habet, propter quod deficit a ratione uniuersalis. Si
 uero ea que sunt in diuinis considerentur secundum esse quod
 130 habent in anima, sic in eis potest inueniri totum uniuersale; sic
 enim Persona in communi est aliquid uniuersale ad Patrem et
 Filium et Spiritum Sanctum et relatio diuina in communi est
 uniuersale ad paternitatem, filiationem et spirationem tam actiuam
 quam passiuam. Quod patet per propriam rationem uniuersalis:
 135 uniuersale enim est quod dicitur de multis et per se et realiter
 plurificatur in eis dicitque in communi totam naturam singularium;
 set hoc modo se habet Persona in communi accepta ad Patrem et
 Filium et Spiritum Sanctum; et relatio in communi accepta ad
 paternitatem, filiationem et spirationem ac processionem, ut de se
 140 patet; ergo etc. Non sic autem potest dici de essentia
 qualitercunque accepta aut de relatione respectu Personarum, quia
 nullum istorum dicit quicquid est de constitutione Persone.

π65vb | [11] Ad primum argumentum dicendum quod ubicunque est dare
 totum et partem integram, ibi est dare maius et minus
 145 quantitatie, quod non ponitur in diuinis; ubi autem est dare totum
 et partem uniuersalem, ibi est dare maius et minus secundum
 ambitum continentie et predicabilis, quia plura continet et de
 pluribus predicatur totum uniuersale quam pars eius subiectiua. Et
 illud maius et minus licet non sit in diuinis secundum realem actum
 150 essendi, est tamen in eis secundum rationem considerandi, ut
 dictum est.

[12] Ad secundum per idem patet. Illud enim quod habet rationem
 partis essentialis uel integralis habet rationem imperfecti, et totum
 ratione perfecti; in hiis enim pars est aliquid totius et non totum
 155 secundum rem; set illud quod habet rationem partis subiectiue

respectu totius uniuersalis non oportet quod habeat rationem imperfectiorem cum recipiat essentialem predicationem totius et sic realiter ipsum totum, nisi secundum modum intelligendi. Sic enim est aliquo minus perfectum quod non repugnat diuinis, quia secundum nostrum modum intelligendi est aliquid in diuinis quod est maioris ambitus in predicando quam aliud, et aliquid quod dicit minus perfectum quam aliud, sicut sapientia dicit minus perfectum secundum nostrum modum intelligendi quam pelagus perfectionis diuine, ut supra dictum est. 160

[13] Ad argumentum alterius partis dicendum quod `totum` et `perfectum` licet sint idem in formali significato, quia utrumque importat complementum, differunt tamen in hoc, quod `perfectum` est in plus, eo quod `omne` et `totum` dicit complementum contentiuum plurium; ratione cuius `perfectum` dici potest de aliquo de quo non dicitur `omne` nec `totum`, ut deductum est. 165 170

Questio quinta

Vtrum ueritas sit ens reale an rationis

[1] Circa ueritatem queruntur duo: primum est utrum ueritas sit ens reale an ens rationis solum; secundum est in quo sit ueritas, utrum sit in rebus an in anima. 5

Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod ueritas sit ens reale, quia bonum uniuscuiusque rei est ens reale; set ueritas est bonum

170 `omne` nec] *omni: im. π*

2 Vtrum...rationis] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 19, 5, 1 (484-490); *S.th.*, I, 16, 1-3

intellectus; ergo ueritas est aliquid reale.

10 [2] Item illud quod non est aliquid reale est nichil simpliciter et
absolute; set ueritas non est nichil (alioquin laborantes ad sciendum
ueritatem laborarent ad sciendum nichil, quod est inconueniens);
ergo etc. Minor patet. Probatio maioris, quia aliquid et res
15 conuertuntur; et ideo quod non est res non est aliquid et per
consequens nichil; equipollent enim non- aliquid et nichil.

[3] In contrarium arguitur, quia illud quod distinguitur contra ens
reale generaliter dictum est `ens rationis` solum; set ens uerum
distinguitur VI Methaphisice contra ens realiter dictum; ergo
etc.

20 [4] Responso. Circa questionem istam uidendum est primo quod
importatur per `ens rationis`, et secundo inquiretur de principali
quesito. Quantum ad primum sunt due opiniones de ente rationis.
Prima est quod `ens rationis` uocatur illud quod est subiectiue in
anima siue in intellectu uel in ratione. Et motium huius opinionis
25 forte est quia `ens rationis` consueuit appellari `ens in anima`; set, ut
uidetur, sic opinantibus nichil est in anima nisi sit in ea subiectiue et
non obiectiue solum; unde III De anima dicitur quod *lapis non est
in anima, set species lapidis*, quia quamuis lapis se habeat ad animam
obiectiue, non tamen subiectiue, set solum eius species; ergo, ut
30 uidetur, ens rationis non dicitur in anima esse, nisi quia est in ea
subiectiue.

[5] Istud autem non potest esse uerum, quia quod est ens reale non
est ens rationis, quia distinguntur ex opposito; set omne quod est
subiectiue in anima, siue sit species actus siue habitus, est ens reale;
35 ergo non est ens rationis. Minor probatur, quia eque uera res est que

17 ens...dictum] cf. Arist., *Metaph.*, VI, 4, 1027b18-27 27 lapis...lapidis] Arist.,
De an., III, 8, 431b29-432a1; *Auct. Ar.*, 6, 163 (188, 76)

est in anima et perfectior et nobilior quam res corporea; et ideo si illud quod est subiectiue in re corporea, ut calor uel quantitas, est ens reale, fortiori ratione illud quod est subiectiue in anima, siue sit species siue actus siue habitus, est ens reale et non rationis.

I [6] Ad rationem ILLORUM dicendum est quod entia rationis dicuntur esse in anima, non subiectiue, set obiectiue, sicut postea declarabitur. Quod autem dicit PHILOSOPHUS III De anima quod *lapis non est in anima set species lapidis*, non fuit intentio ARISTOTILIS quod lapis et omne cognitum non possit dici aliquo modo esse in cognoscente, set uoluit excludere illum modum quem ponebat EMPEDOCLES, qui dicebat quod oportebat animam esse compositam ex omnibus ad hoc ut omnia cognosceret; dicebat enim quod terra terram cognoscimus, et sic de aliis, contra quod dicit ARISTOTILES quod lapis non est sic in anima, quamuis sit in ea sicut cognitum in cognoscente.

[7] Alia est opinio quam credo ueriores, quod ens rationis non est aliud quam denominatio obiecti ab actu rationis, secundum ea que attribuuntur rei solum ut cognita est, uerbi gratia esse uniuersale, esse genus uel speciem dicuntur esse entia rationis, quia talia dicuntur de re tantum ut est obiectiue cognita, ita quod ens rationis non est penitus nichil nec dicitur ens rationis, quia sit in anima subiectiue, set quia est denominatio rei ab actu rationis secundum ea que conueniunt ei solum ut est cognita. Et quamuis idem re sit hominem intelligere lapidem in uniuersali et per indifferentiam ad singulares lapides et lapidem sic intelligi (non enim lapis est sic intellectus nisi

40 entia] *ani.*: essentia π

43 lapis...lapidis] Arist., *De an.*, III, 8, 431b29-432a1; *Auct. Ar.*, 6, 163 (188, 76)

46 Empedocles...48 aliis] cf. Arist., *De an.*, III, 410a1-b2

quia homo intelligit eum sic), tamen intelligere in homine est uera res et denominatio qua homo esse dicitur intelligens est realis in homine; intelligi autem non est uera res in lapide nec denominatio qua lapis dicitur sic intellectus est realis in lapide, set dicitur ens rationis, quia
 65 nullo modo competit rei nisi per actum rationis tendentis ut in ipsum in obiectum. Et sic patet primum.

[8] Quantum ad secundum dicendum est quod sit ueritas, et ex hoc apparebit an sit ens rationis an non. Quantum ad primum sciendum est quod sicut communiter dicitur, ueritas est conformitas uel
 70 adequatio intellectus ad rem. Qualiter autem hoc sit intelligendum, aduertendum est quod non est intelligendum de adequatione uel conformatione intellectus et rei secundum illud quod sunt essentialiter, quia intellectus, secundum illud quod est essentialiter, non habet aliquam conformitatem uel adequationem cum re extra,
 75 imo magnam difformitatem, cum res extra sit quandoque corpus, intellectus autem non, set spiritus; aut si aliqua sit conformitas, non consistit in illa ueritas, quia cum illa attendatur secundum naturam rerum, equaliter potest esse inter intellectum et res quas nunquam intelliget uel intellexit, sicut inter intellectum et res quas intelligit,
 80 ueritas autem non est sine cognitione, quare etc.

[9] Restat ergo quod talis conformitas attendatur secundum aliquid quod est in intellectu subiectiue uel obiectiue. Et primum quidem dicunt ALIQUI, scilicet quod conformitas intellectus ad rem attenditur secundum id quod est subiectiue in intellectu, quod est species rei
 85 que est similitudo eius uel secundum negantes species ipse est actus intelligendi, qui est etiam similitudo rei.

[10] Set istud non uidetur uerum, quia talis conformitas uel esset in essendo uel in presentando. Non in essendo, quia omne quod est subiectiue in intellectu est accidens, res autem exterior est

quandoque substantia materialis, uel si sit accidens, est accidens 90
corporeum; inter hec non potest esse similitudo uel conformitas in
essendo cum sint diuersorum generum; quare etc.

[11] Nec potest attendi conformitas in qua consistit ueritas in
representando, quia representatio rei per speciem apud intellectum
precedit saltem ordine nature actum intelligendi (prius enim est 95
ordine nature obiectum presens potentie per speciem, si qua sit,
quam sequatur cognitio); ueritas autem aut simul est secundum
naturam cum actu intelligendi aut posterior; ergo ueritas non
consistit in adaequatione uel conformitate que est inter speciem et
rem secundum representationem. 100

[12] Item dato quod res representetur secundum actum intelligendi
solum, et non per aliquid prius, et quod representatio sit ipsamet
cognitio, adhuc conformitas in representando uel in agnoscendo non
attenditur secundum aliquid quod sit subiectiue in intellectu, set
potius obiectiue, quia conformitas in representando uel cognoscendo 105
precise consistit in hoc quod representans uel cognoscens | π66rb
representat uel cognoscit rem sic esse sicut ipsa est; set talis
conformitas attenditur solum secundum id quod se habet obiectiue
ad intellectum; ergo etc. Maior de se patet. Probatio minoris, quia
cum dicitur quod intellectus intelligit rem sic esse sicut ipsa est, sic et 110
sicut note sunt conformitatis predictae in qua formaliter consistit
ueritas; set sic et sicut sunt ibi conditiones obiecti et non ipsius actus
intelligendi; non enim est sensus quod actus intelligendi sic se habeat
ad intellectum in quo est subiectiue, sicut se habet res intellecta ad
suum esse reale, quia hoc esset falsum, set est sensus quod res 115
intelligitur sic esse sicut ipsa est, ita quod conformitas est inter esse
apprehensum et esse in re, quia quale esse habet res, tale
apprehensum et non aliud. Et licet res non sit apprehensa nisi per

actum qui est in intellectu subiectiue, tamen esse apprehensum dicit
 120 conditionem dominantem obiectum et non intellectum nec actum
 intelligendi, quia intellectus ut sic non est apprehensus, set
 apprehendens, nec intelligere est apprehensum, set apprehensio. Et
 ita conformitas in qua consistit ueritas attenditur secundum id quod
 habet se ad intellectum obiectiue et non subiectiue.

125 [13] Est enim ueritas conformitas eiusdem ad seipsum secundum
 aliud et aliud esse, scilicet esse intellectum et esse reale. Quod etiam
 patet ex alio sic: illud est uerum formaliter quod significatur per
 propositionem ueram; set obiectum intellectus enuntiatue sumptum
 significatur per propositionem ueram; ergo ueritas est formaliter
 130 conditio obiecti intellectus et non alicuius existentis subiectiue in
 intellectu. Maior patet, quia signum non dicitur tale, nisi quia
 significat illud quod est tale formaliter, sicut urina non dicitur sana,
 nisi quia significat sanitatem animalis, que est formaliter sanitas; et
 idem dicitur de propositione que non dicitur uera, nisi quia significat
 135 illud quod est formaliter uerum. Minor de se patet, quia propositio
 uera non significat nisi illud quod est enuntiatue apprehensum per
 intellectum tanquam eius obiectum. Et sic patet quod ueritas est
 conformitas intellectus ad rem intellectam, in quantum id quod de re
 enuntiatue apprehenditur est conforme uel potius idem cum entitate
 140 rei, et sic est relatio eiusdem ad seipsum secundum esse intellectum
 et esse reale.

[14] Iuxta quod est intelligendum quod cum ueritas dicatur de re
 (sicut dicimus illud esse de ueritate rei quod est de eius entitate et
 quidditate), dicatur etiam de propositione et de intellectu (dicimus
 145 enim propositionem ueram et intellectum uerum) et ulterius dicatur

144 dicatur] *coni.*: dicat π

de obiecto enuntiatio, tam affirmatio quam negatio (dicimus enim: "hominem esse animal est uerum" et "hominem non esse asinum est uerum"), ueritas primo modo dicta non est ueritas formaliter, set quasi materialiter uel fundamentaliter (quod patet, quia uox significans eam, sicut sunt uoces significantes simplicia, non dicuntur significare uerum nec falsum, set hoc esset si entitas rei esset formaliter ueritas), ueritas autem propositionis non est nisi ueritas signi, ueritas autem intellectus uel actus intelligendi, ut est quedam res in intellectu subiectiue existens non est nisi sua entitas, qua ueritate omnis actus intelligendi est uerus; set in comparatione ad obiectum dicitur intellectus uerus, quia apprehendit rem sic esse sicut ipsa est; ergo rem esse apprehensam sic esse sicut ipsa est, est uerum, ad quod tam ueritas rei quam uocis et intellectus habent attributionem. Est ergo primum uerum et cui primo competit ueritas; set rem esse apprehensam sic esse sicut ipsa est, est conditio obiecti conformiter se habentis secundum esse intellectum ad suum esse reale; ergo talis conformitas est ueritas; hoc autem non est aliud quam relatio eiusdem ad seipsum secundum esse apprehensum et secundum esse reale. Ex quo concluditur quod ueritas est ens rationis, quia illud quod attribuitur rei solum secundum esse intellectum est ens rationis; set ueritas est huiusmodi; ergo etc. Vtraque premissarum patet ex precedentibus. Ad cuius maiorem euentiam sciendum est quod sicut est duplex actus intelligendi, simplex scilicet et componens siue diuidens, sic sunt duo genera entium rationis, unum quod sequitur actum intelligendi simplicem, sicut uniuersale genus, species et huiusmodi; aliud quod sequitur actum intelligendi componentem uel diudentem, et illud est uerum

¹⁶⁸ duplex...diuidens] cf. *Aut. Ar.*, 6, 152-153 (187, 59-63); *Arist., De an.*, III, 6, 430a26-28

uel falsum; unde uerum et falsum non sunt aliud quam rem intelligi
 π66ra sicut est, et sic est ueritas, uel intelligi esse uel non | esse aliter quam
 175 sit, et tunc est falsitas.

[16] Ad primum argumentum in oppositum dicendum quod uerum
 dicitur esse perfectio intellectus, quia actus quo intellectus intelligit
 rem sic esse sicut est, est actus summe conueniens intellectui, cuius
 natura est cognitiua rerum; set ipsum uerum formaliter acceptum
 180 non est perfectio intellectus; set est denominatio obiecti conformiter
 se habentis secundum esse intellectum et secundum esse reale.

[16] Ad secundum dicendum quod illud quod non est ens reale est
 nichil realiter, est tamen ens rationis; nam ens diuiditur in ens
 rationis et ens reale. Quod autem ulterius dicitur, quod homines
 185 nituntur ad sciendum ueritatem contra arguentes, quia si ueritas sit
 aliquid reale, non est aliud quam relatio conformitatis intellectus ad
 rem intellectam; constat autem quod non omnes nituntur ad
 sciendum istam relationem; ergo nec ad sciendum ueritatem sic
 acceptam. Qualiter ergo intelligendum est, quod homines nituntur ad
 190 sciendum ueritatem, sic utique non quod ueritas quantum ad id quod
 dicit formaliter sit obiectum et principaliter cognitum, set quia
 homines nituntur scire naturas rerum et habitudines earum, que cum
 cognoscuntur sic esse et sic habere, prout est in naturis earum, tunc
 est ueritas, que est conformitas rerum uel intellecte sunt ad seipsas ut
 195 existunt.

Questio sexta

Vtrum ueritas sit in rebus an in intellectu

180 intellectus] sr.: inedllectus π

- [1] Secundo queritur in quo sit ueritas, utrum sit in rebus an in intellectu. Et arguitur quod sit in intellectu, primo per dictum ARISTOTILIS VI *Metaphisice*, qui dicit quod bonum et malum sunt in rebus, uerum et falsum in anima. 5
- [2] Secundo per rationem, quia relatio est maxime in illo extremo quod dependet; set ueritas est relatio conformitatis intellectus ad rem intellectam; intellectus autem est dependens ad rem intellectam, et non econuerso; ergo ueritas est in eo. 10
- [3] In contrarium arguitur quia omnis respectus est in suo fundamento; set fundamentum ueritatis est entitas rerum; ergo in entitate rerum est ueritas.
- [4] Responsio. ILLI qui dicunt ueritatem esse respectum realem conformitatis intellectus ad rem intellectam dicunt quod ueritas est in intellectu sicut in subiecto uel potius sicut realis respectus in suo fundamento. Et ad hoc adducunt duas rationes. Prima talis est: quandoquaque aliquid dicitur tale ex ordine ad aliud in quo sistitur et dicitur tale, primum dicitur tale causaliter et secundum formaliter; set res dicitur uera illo modo ex ordine ad intellectum; ergo etc. Maior declaratur per exemplum: nam quia medicina dicitur sana ex ordine ad animal sanum in quo sistitur, medicina dicitur sana causaliter et animal formaliter. Minor probatur, quia ubi est processus a mouente ad motum, sistitur in re mota; set in processu a re ad intellectum est processus a mouente ad motum; ergo etc. 15 20 25
- [5] Secundo sic: quia ueritas est rectitudo passiuua, scilicet rectitudo eius quod rectificatur, quia est ymago et exemplatum; set intellectus se habet ad rem intellectam sicut passum ad mouens; ergo adequatio

6 bonum...anima] cf. Arist., *Metaph.*, VI, 4, 1027b18-27; *Auct. Ar.*, 1, 153 (128, 60) 22 medicina...24 formaliter] cf. Arist., *Metaph.*, IV, 2, 1003a34-b4

30 intellectus est ueritas formaliter et in re est solum causaliter, et ut sic
est causaliter uera.

[6] Set contra hoc arguitur: primo, quia inter intellectum diuinum et
suum principale obiectum, puta cum intelligit seipsum esse summe
perfectum, ex nulla parte est adequatio passiuia et tamen est ibi
35 ueritas; ergo ueritas non recipit adequationem passiuam.

[7] Secundo, quia contingit intelligere uere illud quod nullam
entitatem realem habet, sicut quod chimera est chimera; set talia
non-entia nichil possunt adequare sibi realiter; ergo etc.

[8] Tertio, quia intellectus potest moueri ad uere intelligendum ab
40 alio quam a re intellecta, sicut Deus posset mouere intellectum
meum ad intelligendum Antichristum futurum; set talis ueritas non
consisteret in habitudine intellectus ad Deum mouentem, set in
habitudine intellectus ad rem intellectam a qua non esset motus; ergo
ueritas non requirit adequationem passiuam ex parte intellectus uel
π66va illius in quo est. Per easdem rationes uel per aliquas | earum, patet
quod ueritas non est relatio actus intelligendi ad rem intellectam
tanquam mensurati ad mensuram, quia in cognitione Dei respectu
sui est ueritas; set ibi non est relatio mensurati ad mensuram nisi
forte secundum rationem; ergo ueritas non est relatio mensurati ad
50 mensuram uel est relatio solum secundum rationem et non
secundum rem, cuius oppositum ALII dicunt.

[9] Dicendum est ergo aliter quod ueritas formaliter dicta non est in
rebus, set in intellectu, non quidem subiectiue, set obiectiue tantum.
Quod non sit in rebus, patet, quia quicquid est in rebus est in eis
55 circumscripto omni actu intelligendi; set ueritas formaliter sumpta
non est sine actu intelligendi; ergo ueritas formaliter sumpta non est
in rebus. Dico autem formaliter, quia ueritas sumpta materialiter uel

fundamentaliter bene est in rebus, sicut dictum fuit in precedente questione.

[10] Per idem patet quod ueritas non est in intellectu subiectiue, quia 60
quicquid est in intellectu subiectiue est res uera et non ratio tantum;
ueritas autem est ens rationis, ut probatum fuit in precedente
questione; ergo ipsa non est in intellectu subiectiue.

[11] Relinquitur ergo tertium, quod ueritas sit in intellectu obiectiue,
non quidem sicut obiectum cognitum principaliter, set ut quidam 65
modus conueniens rei solum ut est cognita. Iuxta quod est
intelligendum quod sicut distinguimus triplicem actum intelligendi,
uidelicet simplicem, componentem et discursiuum, sic sunt entia
rationis in triplici differentia, quia quedam conueniunt rei prout est
cognita per intellectum simplicem, sicut uniuersale genus et species; 70
quedam conueniunt rei ut est intellecta per intellectum enuntiatium
componentem uel diidentem, sicut affirmatio et negatio et per
consequens ueritas et falsitas; alia uero consequuntur res prout sunt
obiectiue in intellectu discursiuo, sicut antecedens et consequens,
sillogismus, enthimema et similia, de quibus omnibus tanquam de 75
entibus rationis considerat logicus.

[12] Ad rationes in oppositum respondendum est primo ad dictum
ARISTOTILIS quod uerum et falsum sunt in anima, non quidem
subiectiue, set obiectiue.

[13] Ad secundam dicendum quod relatio realis est potissime in 80
extremo quod dependet; set relatio rationis non est in aliquo
subiectiue, set solum in intellectu obiectiue modo quo prius fuit
expositum.

71 enuntiatium] *coni.*: enunciatum π

[14] Per idem patet ad argumentum alterius partis, quia respectus
85 realis est in fundamento; set respectus rationis qualis est ueritas que
non est aliud quam respectus conformitatis rei ut intellecta est ad
seipsam, ut existit, non est nisi in intellectu obiectiue tanquam
quidam modus conueniens rei solum ut est cognita.

Distinctio 20^a

Sententia huius litera in generali et speciali

[1] *Nunc ostendere restat*. Superius probavit MAGISTER equalitatem Personarum in magnitudine et eternitate; hic probat equalitatem earum in potestate earum. Et diuiditur in duas partes: primo proponit intentum; secundo probat intentum. Secunda ibi: *Nichil, inquit, Patre minus*. Secunda diuiditur in duas: primo probat intentum per auctoritatem; secundo per rationes. Secunda ibi: *Item alio modo*. Prima istarum diuiditur in duas: primo proponit probationem AUGUSTINI; secundo excludit duas rationes erroneas. Secunda ibi: *Set, inquit, Pater a nemine*. Illa pars in qua probat intentum per rationes diuiditur in tres partes: primo ponit rationem; secundo confirmat per simile; tertio excludit quandam hereticam responsionem. Secunda ibi: *Hoc autem per similitudinem*. Tertia ibi: *Set forte dices*. Hec est sententia lectionis in generali. 5
10
15

[2] In speciali uero sic procedit MAGISTER. Et primo proponit Personas esse equales in potentia extensiue, quia quecumque potest una Persona, possunt et alie, et a qua uirtute potest una Persona possunt et alie eadem uirtute. Postea probat hoc per auctoritatem, et est probatio talis: si Filius habet in potestate minus quam Pater, Filius non habet omnia que habet Pater; set quecumque habet Pater 20

12 inquit] *an scrib. cum Lombardo inquis?* 15 Hoc] *scr. cum Lombardo: Hæc π*

4 Nunc...restat] Lomb., 172, 4 | Superius...eternitate] cf. Lomb., 159, 9 - 171, 22 7 Nichil...minus] Lomb., 172, 17 9 Item...modo] Lomb., 173, 17
12 Set...nemine] Lomb., 173, 5 15 Hoc...similitudinem] Lomb., 173, 33-34
Set...dices] Lomb., 174, 9 17 Et...20 uirtute] cf. Lomb., 172, 4-15
20 Postea...23 Pater] cf. Lomb., 172, 17-22; Aug., *Contra Maximin.*, II, 14, 7-9 (774-776)

habet Filius; ergo non habet minus in potestate quam Pater. Postea
 π67ra
 30
 35
 40
 45
 50
 55
 60
 65
 70
 75
 80
 85
 90
 95
 100
 105
 110
 115
 120
 125
 130
 135
 140
 145
 150
 155
 160
 165
 170
 175
 180
 185
 190
 195
 200
 205
 210
 215
 220
 225
 230
 235
 240
 245
 250
 255
 260
 265
 270
 275
 280
 285
 290
 295
 300
 305
 310
 315
 320
 325
 330
 335
 340
 345
 350
 355
 360
 365
 370
 375
 380
 385
 390
 395
 400
 405
 410
 415
 420
 425
 430
 435
 440
 445
 450
 455
 460
 465
 470
 475
 480
 485
 490
 495
 500
 505
 510
 515
 520
 525
 530
 535
 540
 545
 550
 555
 560
 565
 570
 575
 580
 585
 590
 595
 600
 605
 610
 615
 620
 625
 630
 635
 640
 645
 650
 655
 660
 665
 670
 675
 680
 685
 690
 695
 700
 705
 710
 715
 720
 725
 730
 735
 740
 745
 750
 755
 760
 765
 770
 775
 780
 785
 790
 795
 800
 805
 810
 815
 820
 825
 830
 835
 840
 845
 850
 855
 860
 865
 870
 875
 880
 885
 890
 895
 900
 905
 910
 915
 920
 925
 930
 935
 940
 945
 950
 955
 960
 965
 970
 975
 980
 985
 990
 995

28 17°] *anscrib.* 16°?

23 Postea...31 Filius¹] cf. Lomb., 172, 24 - 173, 3; Aug., *Contra Maximin.*, II, 12, 1 (766) 28 Omnia...Filius] cf. Ioh., 16, 15 31 Postea...37 Filius] cf. Lomb., 173, 4-16; Aug., *Contra Maximin.*, II, 12, 1 (766-767) 37 Deinde...42 potestate] cf. Lomb., 173, 17-32; Aug., *Contra Maximin.*, II, 7 et 19, 4 (762; 787) 42 Ibidem...45 diuinis] cf. Lomb., 173, 33 - 174, 174, 8; Aug., *Contra Maximin.*, II, 18, 3 (786)

diuinis. Excludit ultimo responsionem heretici; posset enim dicere: 45
 "Ex hoc ipso quod Filius est a Patre, est inequalis ipsi". Quam refellit
 AUGUSTINUS sic: equalitas et inequalitas attenduntur secundum
 quantitatem et non secundum relationem; set in hoc quod dicimus
 Filium a Patre esse, non designamus nisi relationem originis; ergo in
 hoc non designatur inequalitas Patris ad Filium. Recapitulat etiam ea 50
 que dicta sunt et concludit intentum iam probatum. Et in hoc
 terminatur sententia in speciali.

Questio prima

Vtrum Filius sit omnipotens sicut Pater

[1] Circa distinctionem istam primo queritur, utrum Filius sit
 omnipotens sicut Pater. Et uidetur quod non, quia illud quod est 5
 omnipotens potest in omnem actum (potentia enim dicitur
 respectu actus); set Filius non potest in omnem actum sicut Pater,
 quia non potest generare; ergo non est omnipotens. Si dicatur quod
 posse generare non est posse aliquid, set ad aliquid, et ita dato
 quod Filius non possit generare, potest tamen quicquid est 10
 possibile, contra: qui `omne` dicit nichil excipit, set omnia includit
 et que dicunt quid et que dicunt ad aliquid; set `omnipotentia` dicit
 potentiam ad omnia; ergo ad ea que dicunt quid uel ad aliquid.

[2] Item secundum AUGUSTINUM libro Contra
 Maximinum, et habetur in litera: Si Pater non potuit generare 15

45 Excludit...51 probatum] cf. Lomb., 174, 9-24; Aug., *Contra Maximin.*, II, 18,
 3 (786) 2 Vtrum...Pater] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 20, 1, 1-2 (503-508); *S.th.*, I,
 25, 3 et 42, 6 15 Si...omnipotens] cf. Aug., *Contra Maximin.*, II, 7 (762); Lomb.,
 173, 22

Filium sibi equalem, non fuit omnipotens; ergo secundum ipsum omnipotentia se extendit ad generationem Filii; set hanc non habet Filius; ergo etc.

[3] In contrarium est quod dicit ATHANASIUS in Simbolo:
20 *Omnipotens Pater, omnipotens Filius* etc.

[4] Responsio. Cum omnipotentia dicatur per comparisonem ad actum, ut assumptum est in argumento, actuum autem diuinorum quidam sunt essentielles et transeunt in creaturam, ut creare, quidam uero notionales et non transeunt in creaturam, ut generare et spirare,
25 de potentia que est respectu primorum actuum nulla est dubitatio quin secundum illam eque sit potens una Persona sicut alia; et ad hanc solam forte respicientes SANCTI dixerunt quod eque omnipotens est Filius sicut Pater et Spiritus Sanctus sicut Pater et Filius.

[5] De potentia uero que est respectu actuum notionalium est tota dubitatio utrum secundum eam Filius possit dici omnipotens eque sicut Pater, cum non possit in actum in quem possit Pater. Et sunt hic plures modi dicendi. Vnus est satis superficialis, scilicet quod omnipotentia dicitur solum respectu possibilium; que autem
35 implicant contradictionem omnino non suntabilia; propter quod si aliquis non potest ea que implicant contradictionem, non propter hoc sequitur quod non sit omnipotens; Filium autem generare implicat contradictionem, scilicet quia esset et non esset Filius, quia cum in diuinis non possunt esse plures patres, nec plures filii, si Filius generaret, iam esset Pater | et non Filius, nisi ponerentur
 π 67rb plures filii, scilicet ipse et alius qui esset ab eo genitus, quod est

16 secundum] *coni.*: secundum π

20 Omnipotens...Filius] *Symb. Athanasian.*, 13 (41)

impossibile; ergo esset Filius per passivam et non esset Filius, set Pater propter activam generationem, quod implicat contradictionem; set Patrem generare non implicat contradictionem. Et ideo si Filius non generat, non est dicendus minus potens, set pater, si non posset generare, non esset omnipotens. 45

[6] Istud autem friuolum est, quia licet non posse ea que simpliciter implicant contradictionem non derogat omnipotentie, quia talia nullo modo habent rationem possibilis, tamen non posse ea que non implicant contradictionem simpliciter, set quo ad istum derogat omnipotentie, quia talia cadunt sub ratione possibilis simpliciter; alioquin omne agens posset dici omnipotens, quia potest in omnia que non implicant contradictionem quo ad ipsum; quodlibet enim agens potest in omnia preterquam in illa quorum non habet potentiam. Posse autem illa quorum quis non habet potentiam implicat contradictionem quo ad ipsum; ex hoc enim dicitur aliquis posse aliquid, quia habet potentiam; et tu dicis quod non habet potentiam; ergo habet potentiam et non habet potentiam, quod est contradictio; ergo non posse illa que non implicant contradictionem simpliciter, set quo ad istum derogat omnipotentie. Generare autem Filium in diuinis non implicat contradictionem simpliciter; alioquin esse impossibile Patri; ergo qui non potest generare Filium non est simpliciter omnipotens. 50 55 60

[7] Alius modus dicendi est quod Filius habet omnipotentiam et omne posse et est omnipotens, dato quod non possit generare. Dicunt enim ISTI quod potentia generandi non est relatio nec relationem includit intrinsece, licet coexigat eam; set est essentia diuina que potest in omne illud quod habet rationem possibilis uel 65

66 isti] cf. Thom., *S.th.*, I, 41, 5

70 producibilis; et ideo cum eadem essentia diuina sit in Patre et Filio et
 Spiritu Sancto, in eis est eadem omnipotentia, licet in eis non sit
 eadem relatio. Et propter hanc omnipotentiam quelibet Persona
 dicitur omnipotens, licet non possit generare, quia ex hoc non dicitur
 aliquid omnipotens in diuinis, quia habet essentiam diuinam sub
 75 omni respectu nato fundari in ea, quia Pater non esset omnipotens
 cum non habeat essentiam diuinam cum relatione filiationis; set ex
 hoc solo dicitur aliquis omnipotens, quia habet essentiam diuinam
 que sola est omnipotentia; hanc autem habet quelibet Persona diuina;
 et ideo quelibet est simpliciter omnipotens et tamen non quelibet
 potest generare, set solum Pater, quia potentia generandi ad
 80 explendum actum generationis coexigit relationem paternitatis
 constituentem Personam primam, licet eam intrinsece non includat,
 sicut declaratum fuit supra distinctione 7^a. Hanc autem non habet
 nisi in supposito Patris; ideo solus Pater potest generare et non alie
 Persone, licet habeant eandem potentiam quam et Pater.

85 [8] Hic autem modus licet sit probabilis, habet tamen quedam dubia.
 Primum est quia assumit quod potentia generandi nichil dicit
 intrinsece nisi essentiam diuinam, quod non OMNES concedunt, ut
 patuit supra distinctione 7^a.

90 [9] Secundum est quia uidetur inconueniens quod aliquis dicatur
 habere aliquod posse quod nullo modo potest in esse poni; set
 potentia et posse quam habet Pater ad generare nullo modo potest
 poni in esse in Filio; ergo nullo modo illa potentia et illud posse
 quod est in Patre est in Filio; non habet ergo omnipotentiam quam
 habet Pater.

82 declaratum...7a] cf. supra, I, 7, 2, [36] (33vb)

- [10] Ad hoc dicunt ALIQUI quod potentia generandi et posse possunt
poni inesse Filio hoc modo, scilicet quod Filius generetur uel sit
generatus et non quod generet, quia eadem potentia et idem posse
est quo Filius potest generari et Pater potest generare. 95
- [11] Set contra: potentia pertinens ad omnipotentiam est actiua; ergo
debet poni inesse per modum potentie actiue; set cum potentia
generandi ponitur sic inesse quod aliquid generetur uel sit genitum,
non ponitur inesse per modum potentie actiue, set potius per
modum potentie passiuæ; ergo male. 100
- [12] Tertio, quia si idem lumen uel simile quod est in sole ad
illuminandum et calefaciendum esset in alio ad illuminandum et non
ad calefaciendum uel econuerso, illud non diceretur eque potens
sicut sol; ergo a simili licet in | Filio sit eadem essentia que sola est
potentia sicut in Patre, tamen quia in Patre est ad plures actus quam
in Filio, Filius non potest dici eque potens sicut Pater. π67va 105
- [13] Quarto, quia `potentia` nunquam dicit essentiam absolute, set
ut est principium actus; ergo ubi eadem essentia est in pluribus sic
quod in uno eorum potest aliquem actum principiare, in alio autem
non potest non propter aliquod impedimentum; set quia talis est
natura essentie, in aliis potest dici eadem, set non eadem potentia,
quia `potentia` dicit principium actus. Dico autem quando non est
ex impedimento, set ex natura talis essentie, quia si non posset
principiare actum propter aliquod impedimentum, nichilominus
diceretur `potentia` quamuis impedita, set quando est ex natura rei
quod non possit talem actum principiare, tunc nullo modo habet
rationem potentie. Nunc est ita quod essentia diuina in Filio non
potest in actum in quem potest in Patre, non propter aliquod 115 120

96 inesse] *an scrib.* in esse <in>?

impedimentum (absit enim aliquid tale estimari in diuinis), set hoc
 habet natura essentie diuine in Filio ex hoc quod non est in eo nisi
 expleta sua prima fecunditate, que est ad actum generandi, ut supra
 125 patuit distinctione 7^a; ergo licet in Filio sit omnis essentia que est in
 Patre, tamen in eo non est omnis potentia que est in Patre nec per
 consequens debet dici omnipotens sicut Pater.

[14] Tertius modus dicendi est quod potentia que est ad actus
 notionales, ut sunt generare et spirare, non cadit sub omnipotentia.
 130 Et ideo potentiam habere ad tales actus uel carere ea non auget uel
 minuit omnipotentiam. Cuius ratio est duplex. Prima est quia Deus
 non dicitur potens a potentia passiuā, set ab actiuā, et omnipotens
 ab omnipotentia actiuā; potentia autem actiuā non est actiuā per
 135 comparisonem ad esse eius cuius est potentia actiuā, quia ipsa est
 iam entis in actu, set dicitur actiuā, quia potest aliud agere, ut sic
 dicatur aliquid potens per potentiam actiuā, non quia potest esse,
 set quia potest agere. Et omnipotens, non quia possit omnia esse,
 set quia potest omnia agere; ergo si sit aliquod agere quod sit
 140 realiter ipsum esse agentis tale agere non respicitur a potentia uere
 actiuā nec cadit sub omnipotentia. Tale autem est generare in
 diuinis respectu Patris, quia omnino idem est realiter generare et
 esse Patrem. Et ideo sicut non posse esse Patrem non arguit in
 Filio impotentiam, sic non posse generare non arguit impotentiam
 uel diminutionem potentie in eo.

145 [15] Set contra istam rationem obiicitur sic: spirare non est aliquod
 agere quod sit realiter ipsum esse agentis; per spirare enim nullum
 suppositum constituitur diuinum in esse suppositi; ergo ad posse
 spirare directe ordinatur potentia uere actiuā cuius defectus arguit

136 potens] *coni.*: ponens π

diminutionem omnipotentie; set Spiritus Sanctus non potest
spirare; ergo non est omnipotens quod est eque inconueniens sicut
de Filio. 150

[16] Et dicendum quod spirare est aliquod agere quod est ipsum
esse agentis, scilicet Patris et Filii; sicut enim dictum fuit supra
distinctione 11^a, suppositum habens plures proprietates relatiuas, ut
Pater et Filius, per unam earum non distinguitur ab omnibus aliis,
set per omnes nec per unam tantum constituitur in esse suppositi
incommunicabili et distincto, set per omnes; licet per unam primo,
et illa dicitur personalis, cetera tamen concurrunt quasi secundo
ad perfectam constitutionem suppositi. Et istud plenius fuit
declaratum prius. Vnde ratio falsum assumit, quia per spirare
constituuntur in esse suppositi tam Pater quam Filius, ut
distinguntur secundum suppositum a Spiritu Sancto, licet neuter
eorum primo constituatur in esse suppositi per spirare. 155
160

[17] Ratio secunda talis est: potentia que est uere et proprie actiua est
transmutatiua uel productiua eius quod est uere et proprie aliud uel
alterum (hoc patet ex propria ratione potentie actiue, que ponitur V
Metaphisice); set potentia generandi uel spirandi non est
transmutatiua uel productiua alicuius quod sit uere et proprie alterum
seu aliud; ergo non est uere et proprie actiua. Maior patet. Minor
probat, quia sola relatio non facit aliud proprie, set essentia uel
substantia, nec alterum, set qualitas; cum ergo supposita diuina
differant sola relatione, patet quod inter ipsa non est proprie aliud
nec alterum nisi secundum quid et cum determinatione, scilicet aliud
suppositum. Relatum ergo in uno non est uere et proprie potentia
actiua respectu alterius, et sic potentia generandi et spirandi non
170
175

166 propria...actiue] cf. Arist., *Metaph.*, V, 12, 1019a15-20; 1020a4-6
168 alterum...aliud] cf. Porph., *Isag.*, 16, 1-4; Thom., *S.th.*, III, 17, 1, arg 7

π67vb continentur proprie sub potentia | actiua nec per consequens sub
omnipotentia; carere ergo tali potentia non derogat omnipotentie.

[18] Ad primum argumentum dicendum quod potentia actiua est
proprie respectu actus per quem producitur id quod uere et proprie
180 est alterum uel aliud, et non est ipsum esse agentis; generare autem
est idipsum quod Patrem esse nec est actus quo producat id
quod est uere et proprie aliud siue alterum; propter quod respectu
talis actus non est proprie potentia actiua. Vnde bene dicunt ILLI
qui dicunt quod posse generare non est posse quid, set ad aliud,
185 quia obiectum talis potentie non cadit proprie sub obiecto potentie
actiue.

[19] Ad aliud quod contra hoc obiicitur: "qui `omne` dicit nihil
excipit" uerum est eorum que continentur sub termino distributo;
modo `omnipotentia` dicit potentiam ad omnia, non simpliciter,
190 set que sunt alia uel altera; talia autem non sunt ea que differunt
sola relatione; propter quod non cadunt sub distributione.

[20] Ad aliud quod dicit AUGUSTINUS quod Pater non esset
omnipotens nisi posset generare Filium sibi equalem, dicendum
quod secundum ueritatem AUGUSTINUS dicit hoc non
195 determinando, set disputando contra Maximinum hereticum, ut
apparet in litera; in disputando autem frequenter assumit concessa
ab aliis uel ea que apparent in creaturis ad probandum quod
intendit, quamuis omnino non sint secundum mentem suam que
assumit; et sic forte facit in autoritate allegata. Vel dicendum quod
200 beatus AUGUSTINUS non dicit quod potentia generandi cadat sub
omnipotentia, nec dicit quod Pater non sit omnipotens, si non
posset Filium generare, set supposito quod caderet et Pater Filium

195 Maximinum] sc: Maximum π

generaret, Pater non esset omnipotens, nisi posset generare Filium sibi equalem, quia hec uidentur ex imperfectione potentie generatiue; quod concedendum est, quia non est contra propositum nostrum. 205

Questio secunda

Vtrum in diuinis sit ordo nature

[1] Secundo queritur utrum in diuinis sit ordo nature. Et uidetur quod non, quia ordo includit prius et posterius; set in diuinis non est prius et posterius; ergo nullus ordo. Item cuiuscunque est ordo, ipsum ordinatur; set in diuinis natura non ordinatur; ergo in diuinis non est ordo saltem nature. 5

[2] In contrarium est quod dicit AUGUSTINUS Contra Maximinum: Cum dicitur Filium esse a Patre, *non* significatur *inequalitas substantie, set ordo nature.* 10

[3] Responsio. Dicenda sunt duo: primum est quod in diuinis est ordo; secundum est quod ibi est ordo nature. Primum patet sic: ubicunque est pluralitas sine ordine, ibi est confusio; set in diuinis est pluralitas sine confusione; ergo illa pluralitas non est sine ordine. Iuxta quod intelligendum quod ordo unum supponit et in alio eius ratio formalis consistit: illud quod presupponit ordo est distinctio ordinabilium (ubi enim est aliquid tantum unum et indistinctum, ibi impossibile est esse ordinem realem); illud autem in quo formaliter 15

10 Maximinum] *scr.*: Maximum π

2 Vtrum...nature] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 20, 1, 3 (508-510); *S.th.*, I, 42, 3

10 Cum...nature] cf. Aug., *Contra Maximin.*, II, 14, 8 (775)

20 ratio ordinis consistit est habitudo eorum inter se et ad aliquid
 primum. Quod autem hec habitudo sit secundum prius et posterius
 duratione, ut in tempore, siue secundum superius et inferius
 positione, ut in loco uel dignitate, siue secundum propinquius et
 25 remotius, mediatius et immediatius, uel aliter qualitercunque, totum
 est extra rationem ordinis absolute accepti. Ex quibus potest formari
 talis ratio: ubicunque sunt plura realiter distincta habentia certam et
 determinatam habitudinem ad se inuicem et ad aliquid primum, ibi
 est realis ordo; set in diuinis sunt plura supposita distincta realiter
 habentia inter se determinatam habitudinem et ad aliquid primum;
 30 ergo etc.

[4] Secundum patet, scilicet quod in diuinis est ordo nature, nisi
 quod distinguendum est de natura: uno enim modo accipitur natura
 pro essentia rei completa uel pro parte essentie; alio modo pro
 generatione uel productione uiuentium, que proprie dicuntur nasci,
 35 ut apparet ex V Methaphisice. Primo modo non est ordo
 nature in diuinis, set secundo. Primum patet sic: realis | ordo requirit
 π68ra distinctionem realem, set in diuinis non est realis distinctio nature
 accipiendo `naturam` pro essentia uel pro parte essentie; ergo etc.
 Secundum patet, et quia ubicunque in uiuentibus inuenitur
 40 principium ex quo aliud et quod est ex principio naturaliter, ibi est
 ordo nature, hoc est naturalis originis; set in diuinis est principium ex
 quo aliud est naturaliter (ex parte enim est Filius naturaliter tanquam
 principiatum ex principio, et ab utroque est Spiritus Sanctus eodem
 modo); ergo in diuinis est ordo nature, hoc est naturalis originis.

45 [5] Ad primum argumentum patet solutio ex iam dictis. De ratione

36 requirit] *scr.*: requit π 39 et] *an scrib.* scilicet?

32 uno...34 nasci] cf. Arist., *Metaph.*, V, 4, 1014b16-18 et 1014b36-1015a5

enim ordinis absolute accepti non sunt prius et posterius, set habitudo distinctorum ad se inuicem et ad primum, et hoc bene est in diuinis; est enim prima Persona, secunda, et tertia, licet ibi non sit prior Persona et posterior; `primum` enim, `secundum` et `tertium` dicunt solum ordinem, set `prius` et `posterius` excessum et defectum, qui non est in diuinis. 50

[6] Ad secundum dicendum quod ordo dicitur alicuius dupliciter: uel ut subiecti quod ordinatur uel ut rationis secundum quam ordo attenditur; primo modo est in diuinis ordo Personarum tanquam eorum que ordinantur, set secundo modo est ibi ordo nature accipiendo `naturam` non pro essentia, set pro naturali origine. 55

1.21.0 Distinctio 21^a

Sententia huius distinctionis in generali et speciali

[1] *Hic oritur questio*. Superius ostendit MAGISTER equalitatem
5 diuinarum Personarum; et quia usus fuit quibusdam locutionibus in
quibus dictiones exclusiue terminis personalibus adduntur, ut cum
arguitur "solus Pater habet tantum de potentia, quantum omnes tres
Persone simul", et similia, hic inquit de ueritate huius locutionis,
10 qualiter scilicet huiusmodi dictiones exclusiue nominibus diuinis
possunt adiungi. Et diuinitur in tres partes, secundum tres questiones
quas mouet. Secunda ibi: *Post hec autem queritur*. Tertia ibi: *Set iterum
arguitur*. Cuilibet questioni adiungit suam solutionem. Hec est diuisio
et sententia in generali.

[2] In speciali uero sic procedit. Et querit primo, cum fuerit dictum
15 quod tantum est solus Pater uel Filius solus uel Spiritus Sanctus
quantum sunt ille tres Persone, Pater, Filius et Spiritus Sanctus,
quomodo est intelligendum, cum dicitur "Solus Pater et solus Filius",
cum nunquam sit Pater sine Filio nec Filius sine Patre. Et respondet
dicens quod per hoc non excluditur una Persona ab alia, set quia
20 proprie relationes ita conueniunt uni quod non alteri; unde sensus
est: "Solus Pater, qui ita est Pater quod nullus alius est Pater in
diuinis; similiter solus Filius, qui ita est Filius quod nulli alii conuenit
filiatio diuina". Postea querit utrum ista sit uera: "Solus Pater uel
solus Filius est Deus". Et dicit quod non sunt concedende propter
25 hoc quod alie Persone sunt exclude a diuinitate; nec ista est

4 Hic...questio] Lomb., 174, 28 | Superius...Personarum] cf. Lomb., 159, 9 -
174, 24 11 Post...queritur] Lomb., 175, 27 | Set...arguitur] Lomb., 177, 3
14 Et...23 diuina] cf. Lomb., 174, 28 - 175, 23 23 Postea...27 Persone] cf.
Lomb., 175, 25 - 176, 30

concedenda "Pater et Filius est solus Deus", quia esse solum Deum Trinitati conuenit et non uni tantum Persone. Postea querit quomodo dicatur: "Solus Deus est Trinitas ipsa", cum habeat consortia angelorum et sanctarum animarum. Et respondet quod ideo potest dici solus Deus, quod nulli conuenit alii esse Deum; addit etiam quod tanta est coherentia diuinarum Personarum quod una sola nominata non excluduntur relique. Hec est sententia lectionis in speciali.

30

35

Questio prima

Vtrum dictio exclusiua addita uni correlatiuorum excludat reliquum

[1] Circa distinctionem istam queritur primo utrum dictio exclusiua addita uni correlatiuorum excludat reliquum. Et uidetur quod non, quia dictio exclusiua non excludit illud quod est de intellectu rei cui additur, sicut addita `toti` non excludit `partem` uel addita `homini` non excludit `animal`; set unum correlatiuorum est de intellectu alterius; ergo exclusiua addita uni non excludit reliquum.

5

[2] In contrarium est quod dicitur I *Phisicorum*, quod dictio exclusiua addita principio excludit principiatum; set `principium` et `principiatum` dicuntur relatiue; ergo etc.

10

[3] Responsio. Videnda sunt duo: primum est quid significet dictio exclusiua et quid significet circa terminum cui adiungitur; secundum erit quid habet excludi per dictionem exclusiuam et quid non; et ex hiis apparebit quod queritur.

15

27 Postea...32 relique] cf. Lomb., 177, 3-24 2 Vtrum...reliquum] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 21, 1, 1 (515-518); *S.th.*, I, 31, 3 10 dictio...principiatum] cf. Arist., *Phis.*, I, 2, 185a3-5

[4] Quantum ad primum sciendum quod secundum PHILOSOPHUM libro Elenchorum *solus* idem est quod *non cum alio*; `aliud` importat diuersitatem cum similtate uel associationem, non negationem; ergo `solus` importat negationem associationis cuiuslibet diuersi ab incluso uel absolute uel respectu tertii. Et si quidem significet priuationem associationis absolute, sic importat solitudinem nec recipitur in diuinis, quia nichil est ibi solitarium, et sic consueuit dici quod est dictio cathegorematica. Si autem dicat priuationem associationis, non absolute, set respectu tertii, sic accipitur sincathegorematice et tunc denotat excludi omne diuersum ab incluso respectu predicati; propter quod in omni propositione in qua ponitur dictio exclusiua predicatum diuersimode comparatur ad inclusum et exclusum. Vnde omnis propositio talis habet duas alias exponentes, unam affirmatiuam et aliam negatiuam, ut "solus Sortes currit", habet istas duas "Sortes currit" et "nullus alius a Sorte currit". Et hec tantum de primo.

[5] Circa secundum notandum quod cum `solus` dicat negationem associationis cuiuslibet diuersi ab incluso, omne illud excluditur quod non est unum cum incluso per essentiam uel saltem subiecto; tale enim simpliciter est diuersum. Illud uero quod pertinet ad essentiam inclusi uel econuerso uel cum quo inclusum est unum subiecto, cum non sit simpliciter diuersum, non excluditur. Hoc autem apparet ex inductione; includitur enim diffinitio in diffinito et omnia superiora in inferioribus, tanquam pertinentia ad eorum essentiam; in toto etiam integrali pars includitur tanquam aliquid de essentia totius. Et ideo dictio exclusiua addita diffinito non excludit diffinitionem nec

18 libro] li. π an scrib. II? 25 sic] *coni.*: si π

18 solus...alio] cf. Arist., *Soph. el.*, 22, 178a39-b1; Thom., *S.th.*, I, 31, 3, arg 1

addita inferiori excludit superius nec addita toti integrali excludit
 partem, imo potius hec omnia includuntur et inferuntur; sequitur
 enim "solus homo currit; ergo animal currit; ergo rationale currit"; et 45
 similiter sequitur "sola domus est; ergo paries est". Et ratio est quia
 cum superiora predicentur essentialiter de inferioribus, quicquid
 realiter conuenit inferiori, conuenit etiam cuilibet eius superiori;
 similiter cum pars integralis sit realiter de constitutione totius, ad esse
 totius requiritur esse partis. Et ideo respectu huius predicati quod 50
 esse totum sumptum cum dictione exclusiua infert partem, non
 autem respectu alterius predicati; non enim sequitur "sola domus est
 alba; ergo paries est albus", quia tale predicatum conuenire potest
 toti, non per talem partem. Nunquam tamen respectu cuiuscunque
 predicati dictio exclusiua addita inferiori excludit superius nec addita 55
 toti integrali excludit partem, nisi predicatum pertineret ad eorum
 differentiam; tunc enim fieret exclusio, sicut dicendo "solus homo
 est specialissima species", sequitur "non ergo animal aut substantia";
 similiter "sola domus est totum constitutum ex pariete, tecto et
 fundamento", sequitur "non ergo paries", quia respectu talium non 60
 sunt idem, set diuersa. Simili modo dictio exclusiua addita superiori
 non excludit inferius nisi respectu predicati quod pertinet ad eorum
 differentiam; non sequitur enim "solus homo currit; ergo Sortes non
 currit", nec tamen infert "ergo Sortes currit". Et ratio est quia dictio
 exclusiua addita termino communi uel singulari non mutat eius 65
 naturam. Et ideo sicut sub termino communi indefinite sumpto non
 fit descensus, set est fallacia consequentis, sic sub ipso sumpto
 indefinite cum dictione exclusiua non licet descendere, nec
 affirmatiue nec negatiue. Que autem faciunt unum subiecto cum
 incluso non excluduntur, sicut patet in accidentibus concretis; 70
 exclusio enim addita tali accidenti non excludit subiectum nec

econuerso; non enim sequitur "solus edificator edificat; ergo Sortes non edificat", nec econuerso "solus Sortes edificat; ergo edificator non edificat" uel "ergo albus non edificat". Vnde I P H I S I C O R U M
75 dicitur quod *si accipiantur sola alba, albo significante unum multa sunt*, quia
aderit albo esse et susceptiuum. Dico autem hoc quando subiectum
π68va et accidens significantur in concreto, quia sic | significantur ut unum
in subiecto; secus est si utrumque significetur in abstracto; tunc enim
fit exclusio, ut si dicatur "tantum albedo est", sequitur "ergo
80 substantia non est". Et causa est quia abstracta significant essentias
rerum ut distinctas et non ut aliquo modo sunt unum; unde I
P H I S I C O R U M dicitur quod si illud quod ponitur tantum unum sit
accidens, sequitur quod accidens sit separabile a subiecto; ergo dictio
exclusiua addita accidenti excludit subiectum quod intelligitur de
85 accidente in abstracto. Ex hiis patet quod dictio exclusiua addita uni
correlatiuorum excludit aliud, quia illud quod non facit cum incluso
unum per essentiam uel per inherentiam cadit sub exclusione; set
unum correlatiuorum non facit cum alio unum per essentiam nec
unum per inherentiam set sunt distincta supposita maxime in diuinis
90 de quibus nunc agitur; ergo etc. Vtraque premissarum patet ex
precedentibus. Hoc etiam patet ex I P H I S I C O R U M, ubi dicit
ARISTOTILES contra Parmenidem et Melissum quod si sit tantum
unum et illud sit principium, principiatum non erit; `principium`
tamen et `principiatum` dicuntur relatiue; uerum quia relatiua sunt
95 simul natura, si principiatum non est, principium non erit; excluditur
ergo relatiuum, quia aliud, et tamen ponitur, quia est de intellectu

92 Parmenidem] *sr.*: permenidem π

75 si...susceptiuum] cf. Arist., *Phis.*, I, 3, 186a26-29 82 si...subiecto] cf. Arist.,
Phis., I, 2, 185a22-32; Thom., *In Phis.*, I, 3, 21 (14) 92 si...erit] cf. Arist., *Phis.*,
I, 2, 185a3-5

alterius, et ideo omnis talis propositio includit contradictoria "tantum Pater est" et huiusmodi, quia idem includitur et excluditur propter aliam et aliam rationem.

[6] Ad argumentum dicendum quod per dictionem exclusiuam excluditur illud quod est de intellectu rei quando non facit cum re unum per essentiam uel per inherentiam, sicut est in relatiuis. Hec autem que dicta sunt uera sunt de uirtute sermonis; in usu tamen Sacre Scripture et SANCTORUM quandoque aliter inuenitur et tunc tales autoritates pie exponende sunt in sensu in quo fiunt, et non in sensu quem de uirtute sermonis faciunt. 100 105

Questio secunda

Vtrum dictio exclusiua possit addi termino essentiali in ordine ad terminum personalem

[1] Secundo queritur utrum dictio exclusiua possit uere addi termino essentiali respectu predicati personalis, ut dicendo "solus Deus est Pater". Et uidetur quod non, quia si ista esset uera "solus Deus est Pater", ergo a simplici conuersa ista esset uera "solus Pater est Deus". Consequens est falsum, quia sequeretur quod Filius non esset Deus, eo quod dictio exclusiua addita uni correlatiuorum excludit alterum, ut prius dictum est. Probatio consequentie: hec "solus Deus est Pater" ualet has duas "Deus est Pater" et "nullus alius a Deo est Pater"; set utraque habet conuerti simpliciter; ergo et prima. 5 10

[2] Item quod reperitur in alio non potest soli Deo conuenire; set 15

2 Vtrum...personalem] cf. Thom., *S.th.*, I, 31, 3-4

esse patrem conuenit creaturis; ergo non conuenit soli Deo; ergo hec est falsa "solus Deus est pater".

[3] In contrarium arguitur quia de quocunque sumpto cum
 20 precisione predicatur commune, de eodem predicatur et proprium
 (sequitur enim "solum corpus est coloratum; ergo solum corpus est
 album"); set in diuinis predicata essentialia se habent ad personalia
 sicut communia ad propria; ergo cum uerificentur propositiones
 quibus additur dictio exclusiua termino essentiali respectu predicati
 25 essentialis, ut dicendo "solus Deus est Deus", necesse est et alias
 uerificari in quibus exclusio additur subiecto respectu predicati
 notionalis, ut dicendo "solus Deus est Pater".

[4] Responsio. Consueuit sic dici quod hec dictio `solus` potest
 teneri cathegorematicae et tunc importat solitudinem in illo cui
 additur, et sic omnes propositiones ubi in diuinis ponitur `solus` sunt
 30 false; uel potest teneri sincathegorematicae, et tunc dicenda sunt duo:
 primum est de ueritate propositionum in quibus dictio exclusiua
 ponitur ex parte subiecti; et secundo uidebitur de ueritate illarum in
 quibus ponitur ex parte predicati.

[5] Quantum ad primum sciendum est quod uel loquimur de
 35 ueritate talium propositionum quantum est ex uirtute sermonis, uel
 quantum est de benigna interpretatione dictorum | S c r i p t u r e et
 π68vb SANCTORUM. Si primo modo, sic est regula generalis quod cum
 propositio in qua ponitur dictio exclusiua ex parte subiecti habeat
 duas exponentes ipsam, scilicet unam affirmatiuam et aliam
 40 negatiuam, ut prius dictum est, si exponentes sunt uere, et ipsa uera
 est; si exponentes sunt false uel altera earum, et ipsa est falsa, quod
 potest uideri inducendo in omnibus; potest enim dictio exclusiua
 addi termino essentiali respectu predicati essentialis uel personalis,
 ut dicendo solus "Deus est Deus" uel "solus Deus est Pater". Et de

qualibet earum statim patet an sit uera per regulam supradictam; 45
 prima enim habet duas exponentes "Deus est Deus" et "nullus alius
 a Deo est Deus", quarum quelibet est uera, quare et illa solus
 "Deus est Deus"; secunda uero habet duas exponentes, has "Deus
 est Pater" et "nullus alius a Deo est Pater", quarum prima est uera 50
 et secunda similiter dummodo `pater` stet pro Persona diuina, et
 sic procedit argumentum pro parte ista; si autem stet pro forma
 paternitatis que communicabilis est etiam creaturis, tunc est falsa,
 et sic procedit secundum argumentum prius adductum. Et similiter
 patet idem quando dictio exclusiua additur termino personali
 respectu predicati essentialis uel personalis, ut dicendo "solus Pater 55
 est Deus" uel "solus Pater est Pater"; prima enim habet duas
 exponentes, "Pater est Deus" et "nullus alius a Patre est Deus",
 quarum secunda est falsa, quia tunc Filius, qui est alius a Patre, non
 esset Deus, ergo et ipsa esset falsa; secunda uero habet duas
 exponentes, "Pater est Pater" et "nullus alius a Patre est Pater", 60
 quarum utraque est uera, ergo et illa. Et simili modo potest iudicari
 de omnibus consimilibus propositionibus an sint uere uel false de
 uirtute sermonis. Quantum autem est de benigna expositione
 dictorum *Scripture* et *SANCTORUM* aliud est dicendum, quia ad
 uerificandum dicta *Scripture* et *SANCTORUM* oportet quod 65
 exclusio quandoque non fiat respectu principalis predicati, set
 respectu forme subiecti ratione subintellecte implicationis quod est
 uel qui est, et sic ista posset uerificari "solus Pater est Deus" uel
 "solus Pater est tantus quante sunt tres Persone simul" sub hoc
 sensu "solus Pater ille, idest qui Pater, et preter quem nullus alius in 70
 diuinis est Pater est Deus uel tantus", etc. Et sic loquitur

71 sic...Augustinus] cf. *Aug., De Trin.*, VI, 7, 9 et 9, 10 (237, 10 - 238, 18; 239, 4-10); *Lomb.*, 175, 3-23

AUGUSTINUS in principio distinctionis, et per hunc modum dictio
 exclusiua non excludit correlatiuum a participatione principalis
 predicati, set a participatione forme subiecti ratione subintellecte
 75 implicationis. Et multa alia similia occurrunt in dictis *S c r i p t u r e*
 et SANCTORUM, in quibus semper uidetur esse aliqua improprietas.
 Et sic patet quomodo uerificentur propositiones quando dictio
 exclusiua ponitur ex parte subiecti.

[6] Si autem sumatur ex parte predicati et sumatur cathegorematicae,
 80 sic est falsa omnis propositio in diuinis, quia secundum HILARIUM
non est confitendum in diuinis aliquid esse *solitarium*. Si autem sumatur
 sincathegorematicae, sic potest addi termino substantiali uel personali
 in predicato posito dupliciter, scilicet per se uel cum alio termino
 numerali, uel partitiuo uel expressiuo, sicut cum hoc termino `unus`
 85 uel `uerus`. Si addatur termino substantiali per se posito in predicato,
 ut dicendo "Pater uel Trinitas est solus Deus", sic talis propositio est
 omnino impropria et indiget expositione, imo frequenter magna
 extortione in qua uarii uaria dicunt; omnes tamen improprie dicunt,
 sicut apparet intuentibus dicta eorum. Et causa est quia hec dictio
 90 `solus` sincathegorematicae accepta semper facit exclusionem
 aliorum, ab eo cui additur respectu alicuius tertii accepti in ratione
 predicati explicite uel implicite, ut prius dictum est. Quando autem
 `solus` ponitur a parte predicati cum unico termino, tunc non directe
 et explicite facit exclusionem aliorum a subiecto respectu predicati
 95 principalis, set additur predicato, nec proprie potest subintelligi
 aliqua implicatio circa unicum terminum in predicato positum;
 propter quod omnis talis propositio impropria est. Quando uero
 additur termino substantiali posito in predicato cum termino

81 non...solitarium] cf. Hilar., *De Trin.*, IV, 18 (121, 3-4)

numerali uel expressiuo dicendo "Trinitas est unus solus uerus Deus", sic adhuc est impropria, quia non fertur exclusio ad principalem compositionem predicati cum subiecto, tamen minus quam prius, quia implicatio cum minori extortione fit circa plures terminos quam circa unicum, ex quacunque parte fiat, siue a parte predicati, siue a parte subiecti; et tunc in predicta propositione "Trinitas est unus solus uerus | Deus" fit exclusio aliorum a Deo ab unitate et ueritate diuinitatis sub hoc sensu "Trinitas Deus, qui Deus est unus et uerus et nullus alius ab eo, est uerus et unus Deus", et hoc modo utitur ea Scriptura et AUGUSTINUS Contra Maximinum. Sic enim habet ueritatem, licet cum quadam improprietate, sicut apparet consideranti.

[7] Ad argumenta patet solutio ex iam dictis preterquam ad primum, ad quod dicendum quod hec "solus Pater est Deus" est falsa de uirtute sermonis nec est conuersa huius "solus Deus est Pater", quia ista "solus Deus est Pater" habet intellectum affirmatiuum, scilicet "Deus est Pater". Et hec conuertitur simpliciter "Pater est Deus"; habet etiam intellectum negatiuum, scilicet quod nullus alius a Deo est Pater; set hec non conuertitur in hanc simpliciter "nullus a Patre est Deus", quia tunc bene inferretur "solus Pater est Deus", set conuertitur in hanc "nichil quod est Pater est aliud a Deo". Ex qua propositione cum prima, que dicit "Pater est Deus", nunquam inferretur ista "solus Pater est Deus".

¹⁰⁹ Maximinum] *scr.*: Maximum π

¹⁰⁸ hoc...Maximinum] cf. Paul., *I Tim.*, 1, 17 et 6, 15-16; *Rom.*, 16, 27; Aug., *Contra Maximin.*, II, 13, 1 (769)

Distinctio 22^a

Sententia litere MAGISTRI in generali et speciali

[1] *Post predicta disserendum nobis uidetur.* Superius determinauit
5 MAGISTER de hiis que pertinent ad essentie unitatem et trinitatem
Personarum; hic autem determinat de nominibus quibus et essentie
unitas et Personarum pluralitas designatur. Et diuiditur in duas
partes: primo determinat intentum; secundo inquit quid nomina
numeralia ponant in diuinis. Secunda incipit in principio 24^e
10 distinctionis ibi: *Hic diligenter inquiri oportet.* Prima in duas: primo
ponit diuisionem diuinorum nominum et assignat quasdam regulas
circa ipsa; secundo determinat de quadam in speciali, scilicet de
nomine `Persone`, quod a predictis regulis excipitur. Secunda in
15 principio 23^e distinctionis ibi: *Predictis* etc. Prima pars est presentis
lectionis et diuiditur in duas, quia primo ponit quasdam diuisiones
diuinorum nominum, secundo ponit quasdam regulas ex quibus
apparet quod secundum diuersa nomina diuersus modus in diuinis
inuenitur. Secunda incipit ibi: *Sciendum est ergo.* Prima istarum
20 diuiditur in duas: primo proponit principalem diuisionem
nominum secundum AMBROSIUM et AUGUSTINUM; secundo
subiungit quosdam modos ibi: *Addendum hiis.* Hec est diuisio
lectionis in generali.

10 Hic] *scr. cum Lombardo*: Hæc π 13 regulis] *oni.*: relatiuis π 18 ergo] igitur
Lomb. 21 Addendum hiis] His adiciendum *Lomb.*

4 Post...uidetur] *Lomb.*, 178, 3-4 | Superius...6 Personarum] cf. *Lomb.*, 61, 12
- 177, 24 10 Hic...oportet] *Lomb.*, 187, 5 14 Predictis] *Lomb.*, 181, 4
18 Sciendum...ergo] *Lomb.*, 179, 19 20 secundum...Augustinum] cf. *Ambr.*,
De fide, II, prol., 2 (58, 9-14); *Aug.*, *De Trin.*, VIII, prooem., 1 (268, 1-22)
21 Addendum hiis] *Lomb.*, 178, 23

[2] In speciali uero sic procedit, quia primo determinat de diuinis nominibus que Deo conueniunt, quorum ponit sex differentias, quia quedam distincte pertinent ad singulas Personas, alia signant unitatem essentie, alia dicuntur translatiue, ut `splendor`, `character`, alia sunt que relatiue dicuntur ad creaturas, ut `Creator`, `Dominus` et huiusmodi, quedam uero relatiue non dicuntur, ut `incarnatus`, `humanatus`. Eorum autem que ad creaturas relatiue dicuntur, horum quedam omnibus Personis conueniunt, ut hec nomina `Creator` et `Dominus`, quedam uero non omnibus, ut hoc nomen `donatus` uel `missus`. Est et aliud quod non secundum substantiam dicitur et in diuinis, set pluralitatem Personarum includit, ut hoc nomen `Trinitas`, et tunc excludit differentiam diuinorum nominum. Postea ponit duas regulas. Quarum prima talis est quod nomina que proprie pertinent ad singulas Personas relatiue dicuntur. Et ponit exemplum, sicut `Pater` et `Filius`, et utriusque donum `Spiritus Sanctus`; nomina uero que significant unitatem essentie dicuntur ad se, idest absolute, et significant substantiam. Secunda regula talis est quod nomina que dicuntur ad se dicuntur substantialiter et de omnibus Personis et qualibet Persona diuisim et sigillatim in singulari numero et non in plurali de omnibus in summa, sicut illa `Deus`, `potens`, `magnus`; non enim dicimus `dii` uel `boni` in plurali; `Persona` autem accipitur singulariter et pluraliter, illa uero que relatiue dicuntur ad se inuicem substantialiter non dicuntur. Declarat autem quod dictum est, scilicet quod `magnitudo` in diuinis dicatur substantialiter uel essentialiter per hoc quod Deus, si per participationem diceretur `magnus`, sequeretur quod maior esset illa

30 nomina] *omni.*: omnia π 40 dicuntur¹] *omni.*: dicunt π

23 In...34 nominum] cf. Lomb., 178, 3 - 179, 14

50 magnitudo quam Deus; hoc autem est falsum; ergo etc. In fine
autem recitat determinata. Hec est sententia in speciali etc.

π69rb

I Questio prima

Vtrum aliquod nomen conueniat proprie Deo

55

[1] Circa distinctionem istam queritur primo utrum aliquod nomen
conueniat proprie Deo. Et uidetur quod non, quia secundum
DYONISIUM quecunq; dicuntur de Deo, uerius negantur quam
affirmentur; set talia non dicuntur proprie, set potius, ut uidetur,
60 translatiue; ergo etc.

[2] Item secundum EUNDEM <non est> nisi duplex theologia,
scilicet mistica et simbologica; set secundum utramque Deus
translatiue nominatur, quia secundum misticam a nominibus
creaturarum spiritualium, secundum uero simbolicam a nominibus
65 creaturarum corporalium; ergo omnis Dei nominatio est translatiua.

65

[4] In contrarium est quia que prius sunt in aliquo transferuntur ab
illo in alia et non econuerso; sed sapientia, bonitas et huiusmodi per
prius sunt in Deo quam in creaturis; ergo hec nomina transferuntur
ab ipso ad creaturas et non econuerso. Quod etiam uidetur dicere

70

APOSTOLUS Eph. 4^o: *a quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur.*

[4] Responsio. Videnda sunt duo: primum est quod Deus potest ex
creaturis multipliciter nominari; secundum est quod illorum

61 non est] *suppl.*: om. π (an recte?) 70 a] ex Paul.

54 Vtrum...Deo] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 22, 1, 2 (533-536); *S.th.*, I, 13, 3

58 quecunq;...affirmentur] cf. Ps.-Dionys., *De ael. hier.*, 2 (758-759)

61 duplex...simbologica] cf. Ps.-Dionys., *Epist.*, 9 (637) 70 a...nominatur]
Paul., *Eph.*, 3, 15

nominum quedam conueniunt Deo proprie. Primum patet sic: nominamus unumquodque sicut intelligimus (intellectus enim est qui imponit nomina rebus quas intelligit et sicut intelligit); set Deum intelligimus ex creaturis multis modis et quantum ad multas condiciones; ergo possumus ipsum nominare multis nominibus. Minor patet; cognoscimus enim Deum ex creaturis tripliciter secundum DYONISIUM, scilicet per causalitatem, remotionem et eminentiam, et quolibet istorum modorum potest Deus nominari pluribus nominibus. Si enim nominetur per causalitatem, multa sunt nomina, quia multi sunt eius actus et effectus, scilicet creare et gubernare, iustificare, glorificare, et sic de aliis ex quibus omnibus nominatur. Si uero nominetur per remotionem, multa sunt nomina, quia multa remouentur a Deo, omnes scilicet imperfectiones; secundum hoc sic nominatur Deus nominibus pluribus, ut `increatus`, `infinite`, `immensus`, `incommutabilis`, et sic de ceteris. Si autem nominatur per eminentiam, multa sunt nomina, quia multe sunt perfectiones in creaturis, que eminentius sunt in Deo, sicut sunt ille quas simpliciter melius est habere quam non habere, ut esse bonum, cognoscentem, potentem, a quibus omnibus et consimilibus nominatur. Et sic patet primum.

[5] Quantum ad secundum sciendum est quod proprium diuiditur contra commune et contra metaphoricum et translatum, ut dictum fuit supra, distinctione 8^a questione 1^a; nomen autem non conuenit rei nisi sicut signum signato; et ideo nomen aliquod conuenire Deo proprie potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia significat diuinam

96 signato] *an scrib.* significato?

78 cognoscimus...80 eminentiam] cf. supra, I, 3, 1, [4] (20vb); Ps.-Dionys., *De diu. nom.*, 7 (403a-d) 93 proprium...translatum] cf. supra, I, 8, 1, [4] (34vb)

essentiam secundum propriam et perfectam eius naturam, quasi
 diffinitive, sicut `animal rationale` significat hominem, et sic
 100 dicendum est quod nullum nomen Deo proprie conuenit. Cuius ratio
 est quia Deum nominamus sicut eum intelligimus; set pro statu uie
 non intelligimus Deum secundum eius propriam, ut ita dicam,
 specificam rationem; ergo nullum nomen Deo a nobis impositum
 significat ipsam eius propriam et omnino determinatam rationem.
 105 Ad hunc sensum loquitur beatus DIONYSIUS capitulo 1^o De
 diuinis nominibus dicens sic: *Omnibus autem incomprehensibilis
 est et neque sensus ullus eius est neque fantasia neque opinio neque nomen neque
 tactus neque scientia quomodo scribemus de diuinis nominibus aggrediemur* et 6^a
 110 propositione De causis dicitur quod *causa prima superior est omni
 narratione*, quia nullum nomen est quod perfecte diuinam naturam
 exprimat.

[6] Alio modo potest dici nomen proprie Deo conuenire, quia non
 conuenit ei metaphorice uel transsumptiue et sic queritur nunc. Circa
 quod notandum est quid est significare proprie et quid significare
 115 metaphorice uel transsumptiue. Et ex hoc apparebit illud quod
 principaliter queritur. | Sciendum est ergo quod nomen proprie
 π69va dicitur alicui conuenire quando in eo est res ad quam significandam
 nomen est proprie et directe impositum, sicut `ridere` est proprie et
 directe impositum ad significandum determinatum actum oris qui in
 120 solo homine inuenitur; nomen autem dicitur metaphorice uel
 transsumptiue alicui conuenire quando non est res in illo ad quam
 significandam est directe et primo impositum, set solum aliqua
 similitudo eius uel proportio, sicut in `prato` non est actus ad quem
 significandum est ridere primo et directe impositum, set est in eo

106 Omnibus...108 aggrediemur] Ps.-Dionys., *De diu. nom.*, 1 (35b-d)
 109 causa...narratione] *Liber de aus.*, 6, 57 (147, 22); *Auct. Ar.*, 11, 5 (231, 83)

tantum quedam similitudo uel proportio, quia floritio prati pretendit 125
 quasi quandam iocunditatem, sicut risus in homine signum est
 iocunditatis. Ex quo patet quod nomen non dicitur conuenire alicui
 rei metaphorice uel transsumptiue ex hoc quod res signata per
 nomen prius nota est nobis in alio quam in isto, quia hoc non facit
 nisi ad ordinem cognitionis et impositionis nominis ad 130
 significandum, set ex hoc quod statim dictum est.

[7] Ex hoc ad propositum sciendum quod nomina possunt
 considerari quantum ad rem significatam uel quantum ad modum
 significandi. Si quantum ad significatum, sic ad presens sunt quatuor 135
 genera nominum. Primum est eorum que solam imperfectionem
 important in suo formali significato, sicut esse creatum, esse finitum,
 esse corruptibile, et similia, et hec nullo modo conueniunt Deo, nec
 proprie, nec metaphorice. Secundum genus nominum est eorum que
 significant exclusionem imperfectionum creaturarum, sicut
 `infinitus` excludit limitationem potentie immutabilis et 140
 dependentiam nature, uel que important perfectionem in tali gradu
 que nullo modo conuenit creature, sicut `omnipotens` et `eternus`,
 et hec soli Deo conueniunt proprie et non metaphorice uel
 transsumptiue. Quod patet dupliciter: primo, quia quod conuenit
 alicui metaphorice uel transsumptiue conuenit alii proprie a quo 145
 transsumitur; set nomina nulli alii nisi Deo conueniunt; ergo non
 conueniunt Deo metaphorice uel transsumptiue, set proprie.

[8] Secundo, quia illud nomen conuenit Deo proprie quod est
 impositum ad significandum illud quod est in Deo; set talia nomina
 directe et primo sunt imposita ad significandum illud quod est in 150
 Deo, siue sit remotio imperfectionis siue conseruatio perfectionis;

128 signata] *an scrib.* significata? 134 sunt] *conu.*: ut π 138 eorum que] *conu.*: quia
 π

ergo etc.

[9] Tertium genus nominum est eorum que imponuntur ad significandum perfectionem absolute et non secundum aliquem determinatum modum qui est in Deo tantum uel in creatura tantum, sicut `esse` uel `cognoscere` et talia proprie Deo conueniunt, ut patet per rationem iam factam quia res significate per talia nomina inueniuntur in Deo; oportet enim ponere in Deo omne illud quod dicit perfectionem absolute quam melius est habere quam non habere; set talia sunt huiusmodi nomina (simpliciter enim melius est esse quam non esse et esse cognoscentem quam non esse cognoscentem); quare talia nomina proprie Deo conueniunt.

[10] Est preterea quartum genus nominum, eorum scilicet que important aliquam perfectionem, tamen secundum modum creaturis conuenientem, ut `sentire`, `leo` et `agnus` etc.; talia non conueniunt Deo proprie, set transsumptiue, quia res proprie significate per talia nomina non sunt in Deo, set aliqua eorum similitudo, scilicet agnitio singularium, fortitudo, mansuetudo, propter que huiusmodi nomina transferuntur in Deum a creaturis. Si uero nomina que conueniunt Deo proprie quantum ad rem significatam considerentur quantum ad modum significandi, non ita proprie attribuuntur Deo, quia talia nomina sunt abstracta uel concreta; abstracta autem significant ut quo aliquid est uel simpliciter uel aliquid tale, sicut `humanitas`, `iustitia`, `bonitas`, et non ut quod est; concretum autem significat ut quod est habens, sicut `homo` habens humanitatem, `iustus` habens iustitiam, et hec semper differunt secundum modum intelligendi, quandoque autem secundum rem; in Deo autem non differunt quod

166 talia] *coni.*: alia π 169 Deum] *coni.*: Deo π

158 oportet...160 habere] cf. Anselm., *Monol.*, 15 (29, 29-31)

habet et quod habetur realiter, ideo talia nomina quo ad modum significandi non ita proprie Deo conueniunt, improprietas tamen non falsificat proportionem, quia ueritas non consistit in hoc quod res sit conformis ipsi modo significandi, set ei quod de ipsa dicitur uel significatur. 180

[11] Ad primum argumentum dicendum quod nomina dicta | de Deo uerius negantur quam affirmantur, si consideretur modus significandi, quia quamplurima significantur per modum accidentis abstracti uel alteri inherenti, que non competunt Deo, res tamen significate proprie inueniuntur in Deo. π 69vb 185

[12] Ad secundum dicendum quod mistica theologia, quamuis nominet Deum per creaturas spirituales, tamen hoc non facit solum propter rerum similitudinem, sicut fit in metaphoricis locutionibus, set quia ex creaturis spiritualibus deuenit in cognitionem eorum que Deo proprie conueniunt, quibus etiam nomen imponit quod proprie Deo conuenit, sicut res per nomen significata. 190

195

Questio secunda

Vtrum nomina de Deo dicta dicantur de eo secundum substantiam

[1] Secundo queritur utrum nomina de Deo dicta dicantur de eo secundum substantiam. Videtur quod non. Dicit enim DAMASCENUS: *Oportet singula eorum que de Deo dicuntur non quid est secundum substantiam significare, set quid non est ostendere aut habitudinem quandam aut aliquid eorum que assequitur naturam uel operationem.* 5

6 singula] singulum *Damasc.*

2 Vtrum...substantiam] cf. Thom., *S.th.*, I, 13, 2 6 Oportet...8 operationem] Ioh. Damasc., *De fide orthodox.*, 9 (48, 8-12)

[2] Item AUGUSTINUS dicit V De Trinitate quod que dicuntur
 10 *ad aliquid non* dicuntur *substantialiter* de Deo, set secundum
 relationem; set multa sunt talia in diuinis, ut nomina Personarum et
 proprietatum; ergo non omnia dicuntur de Deo secundum
 substantiam.

[3] In contrarium est quod nomina dicta de Deo aut sunt absoluta
 15 aut relatiua; set tam absoluta quam relatiua dicuntur de Deo
 secundum substantiam; ergo omnia. Probatio minoris, primo
 quantum ad nomina absoluta: dicit enim AUGUSTINUS V De
 Trinitate: *Illud precipue teneamus: quicquid ad se dicitur prestantissima*
 20 *illa et diuina substantialitas substantialiter dicitur*. De relatiuis etiam patet
 idem sic: quicquid conuenienter respondetur ad questionem factam
 per quid, dicitur secundum substantiam; set nomina talia
 conuenienter respondetur ad interrogationem factam per quid (dicit
 enim AUGUSTINUS De doctrina christiana: Si queratur
 quid est Deus, conuenienter respondetur: "*Pater et Filius et Spiritus*
 25 *Sanctus*"); quare etc.

[4] Responsio. Nominum quedam dicuntur de Deo pure negatiue, ut
 `incretatus`, `immutabilis` et huiusmodi, quedam uero positie. De
 pure negatiuis clarum est quod non dicuntur de Deo secundum
 substantiam, set important remotionem alicuius perfectionis ab ipso;
 30 quod enim secundum substantiam dicitur positie dicitur. Eorum
 autem que positie dicuntur quedam conueniunt Deo solum in
 habitudine ad creaturas, ut `Dominus`, `Creator`, quedam uero
 absque habitudine ad creaturas. Nomina dicta de Deo in habitudine

19 dicitur] dici Aug

9 que...11 relationem] cf. Aug, *De Trin.*, V, 8, 9 (215, 3-4) 18 Illud...dicitur²] Aug, *De Trin.*, V, 8, 9 (215, 1-3) 23 Si...25 Sanctus] cf. Aug, *De doct. chr.*, I, 5 (9, 4-8)

ad creaturas non dicunt substantiam, set solum habitudinem rationis. Quod patet, quia semper importatur idem per abstractum et concretum, licet sub alio modo significandi; set abstracta talium nominum et negatiuorum, de quibus statim dictum est, important solam habitudinem relatiuam uel solam negationem; quare et concreta. 35

[5] Illorum autem que dicuntur de Deo absque habitudine ad creaturas quedam dicuntur ad se et absolute, ut `bonus`, `sapiens`, quedam uero ad aliud et relatiue. De absolutis dicunt QUIDAM quod licet affirmatiue dicantur de Deo quantum ad uocem, magis tamen inuenta sunt ad remouendum aliquid a Deo quam ad ponendum; unde dicunt quod cum dicimus Deum esse uiuentem, significamus quod Deus non hoc modo est sicut res inanimata, et hoc modo in aliis. Hoc autem non est uerum: primo, quia omnis propositio negatiua uera habet aliquam affirmatiuam priorem se et ideo non potest negatiua probari nisi assumpta aliqua affirmatiua (ex puris enim negatiuis nichil sequitur); ergo si uerificatur de Deo aliquid negatiue, et proprie necesse est quod uerificetur aliquid de eo affirmatiue et proprie. Secundo, quia si affirmatiua predicata dicuntur de Deo solum per negationem oppositorum, cum omnis res includat in se oppositionem ad aliquid quod Deo non conuenit, puta lapis includit non-hominem et leo non-asinum, que uere negatur de Deo, sequitur | quod uere poterimus dicere de Deo quod sit lapis uel leo, sicut dicimus eum esse sapientem uel bonum, quod est absurdum. 40 45 50 55 π 70ra

[6] ALII dixerunt quod huiusmodi nomina inuenta sunt ad denotandum habitudinem Dei ad creaturas, ut `Deus` dicatur bonus uel sapiens, quia est causa bonitatis uel sapientie in creaturis. Quod non potest esse uerum: primo, quia hoc modo possemus dicere Deum esse corpus, quia est causa corporum, et Deum esse quodlibet 60

ens, quia est cuiuslibet entis; secundo, quia iste sensus est contra
intentionem communiter loquendum. Aliud enim intendunt cum
65 dicunt Deum esse uiuentem quam quod sit causa uite nostre, et
similiter de aliis.

[7] Propter quod aliter dicendum quod questio potest intelligi
dupliciter: uno modo utrum talia nomina dicta de Deo predicent eius
substantiam, et dicendum quod sic; omnes enim perfectiones que
70 sunt in creaturis sunt etiam in Deo, set eminentius, quia que sunt in
creaturis diuisim et particulariter et per modum compositionis
accidentis cum subiecto sunt in Deo summatim et uniuersaliter et
per modum summe ueritatis ita quod non est res alia Deus et diuina
perfectio, set sunt una substantia; propter quod talia nomina, licet in
75 creaturis dicant aliquid additum essentie, tamen in diuinis dicunt
ipsam essentiam uel substantiam. Alio modo potest intelligi [quod]
dato quod talia nomina dicant diuinam essentiam uel substantiam,
utrum dicant eam substantialiter, ut sit questio non de re, set de
modo; et hic dicendum quod quedam sic, quedam non, quia licet in
80 diuinis omnia predicata essentialia sint unum et idem realiter,
differunt tamen ratione.

[8] Et hec ratio uariatur secundum omnia genera predicamentorum;
nam quedam significant et predicant per modum substantie, ut
'Deus', quedam per modum quantitatis, ut 'magnus', quedam uero
85 per modum qualitatis, ut 'bonus'; et hoc est quia illa summa et
simplicissima essentia comprehendit in se perfectiones omnium
generum; quodlibet ergo talium nominum significat diuinam
substantiam, set non quodlibet significat eam per modum substantie.

[9] Eorum uero que dicuntur de Deo relative absque habitudine ad

63 est¹] *an supplendum causa?* 76 quod] *sed.*

creaturas, quedam dicunt solam relationem, ut `paternitas´ et 90
 quelibet alia relatio, quedam uero cum relatione dicunt essentiam, ut
 patet quod est nomen `Persone´, que in sua ratione includit
 substantiam cum relatione; licet enim de ui uocis idem importetur
 per nomen `Patris´ et `paternitatis´, cum se habeant sicut concretum
 et abstractum, tamen ut nomen `Patris´ accommodatur diuinis, plus 95
 importat `Pater´, quam `paternitas´, scilicet essentiam cum relatione.
 Illa ergo que dicunt solam relationem non predicant substantiam nec
 per modum substantie; relatio enim in diuinis non transit in
 substantiam sicut predicamenta cetera; quamuis enim Deus sit sine
 quantitate magnus et sine qualitate bonus, non tamen est sine 100
 relatione Pater. Relatio autem licet non faciat compositionem cum
 essentia, differt tamen aliquo modo realiter ab ea uel ex natura rei, ut
 infra patebit. Illa uero que includunt substantiam cum relatione, ut
 `Pater´ et `Filius´ predicant utrumque, set per modum relationis, que
 est formalis in significato talium. 105

[10] Ad primum argumentum dicendum quod nomina negatiua non
 dicunt quid est Deus, set quid non est, relatiua uero dicunt eius
 habitudinem ad creaturas, absoluta uero dicuntur non significare
 quid est, quia nullum eorum exprimit totam perfectionem diuinam.

[11] Ad secundum patet solutio ex iam dictis. 110

[12] Argumentum in oppositum concedatur pro quanto dicit quod
 nomina absoluta in diuinis dicunt diuinam substantiam, licet non
 omnia dicant eam per modum substantie. Quod autem subditur de
 relatiuis, quod conuenienter respondentur ad interrogationem factam
 per quid, potest dici quod uerum est de illis que non solum includunt 115
 relationem, set etiam essentiam, ut sunt nomina Personarum, licet sit
 ibi quedam improprietas que non significat substantiam solam, nec
 per modum substantie; de aliis autem non est uerum.

Distinctio 23^a

Sententia litere MAGISTRI in generali et speciali

[1] *Predictis adiiciendum* etc. Superius posuit MAGISTER diuisionem
5 diuinorum nominum et assignauit quasdam regulas circa ipsa; in ista
parte determinat de quodam speciali, scilicet de nomine `Persone`,
quod a predictis regulis excipitur, et diuiditur in tres: primo enim
excipit hoc nomen `Persona` ab aliis nominibus que substantiam
dicunt; et quia nichil potest excipi ab aliquibus nisi in illis
10 contineatur, ideo secundo ostendit hoc nomen `Persona`
substantiam significare; tertio inquit huius exceptionis rationem.
Secunda ibi: *Quod autem `Persona`*. Tertia ibi: *Ideo oritur questio*. Et hec
ultima diuiditur in tres: primo enim causam exceptionis dubitando
inquit; secundo dubitationem soluit siue rationem reddit, tam
15 secundum Latinam quam secundum Grecam locutionem; tertio
mouet alias questiones incidentes. Secunda ibi: *Quia uolumus*. Tertia
ibi: *Set queritur*. Hec ultima diuiditur in duas secundum dubitationes,
quas mouet et soluit. Secunda ibi: *Verum et hic* etc. Et hec in duas:
primo mouet questionem; secundo declarat quoddam quod in
20 ratione posuerat, scilicet quod in Deo non sit diuersitas, propter
quod essentia pluraliter non predicatur. Secunda ibi: *Nam sufficienter,*
ut puto. Hec est sententia lectionis in generali.

16 uolumus] *scr. am Lombardo: nouimus* π 18 et hic] *scr. am Lombardo: est hoc* π
21 Nam] *Iam Lomb.*

4 Predictis adiiciendum] *Lomb., 181, 5-6* | Superius...ipsa] *cf. Lomb., 178, 3*
-180, 36 12 Quod...`Persona`] *Lomb., 181, 17* | Ideo...questio] *Lomb., 182, 6*
16 Quia uolumus] *Lomb., 182, 12* 17 Set queritur] *Lomb., 183, 24-25*
18 Verum...hic] *Lomb., 184, 16* 21 Nam...puto] *Lomb., 185, 12*

[2] In speciali uero sic procedit et proponit primo: cum alia nomina substantialia in generali predicentur de pluribus Personis, hoc tamen nomen quod est `Persona` a predicta regula nominum que 25 secundum substantiam dicuntur de Deo excipiendum est, quia secundum substantiam dicitur et tamen non in singulari, set in plurali de pluribus Personis predicatur. Deinde ostendit per AUGUSTINUM quod `Persona` substantialiter dicatur, qui dicit quod `Persona` in diuinis dicit substantiam et absolute dicitur et non est aliud Deum 30 esse quam Personam. Postea inquit causam quare `Persona` que substantialiter dicitur in plurali predicatur. Deinde respondet dicens quod hoc fecit penuria uocabulorum; res enim sunt tres in diuinis, et quando queritur quid est, non possumus respondere per nomina essentialia in quibus non est distinctio, nec per relatiua, quia 35 conueniunt pluribus; et ideo ex necessitate dicti tantum dicimus quod sola relatio in diuinis habet personas distinguere. Vnde dicit quod uerborum penuria apparet tam in Greco sermone quam in Latino; tamen Greci tres substantias in diuinis dicunt, nos autem unam, quia `substantia` apud nos idem significat quod `essentia`. 40 Deinde querit, si propter communitatem nominis `Persone` dicimus "tres Personas", quare non dicimus "tres Deos", cum nomen `diuinitatis` sit commune. Et respondetur quod hoc ideo est, quia Scriptura contradicit, set non contradicit trinitati Personarum. Postea querit quare non dicimus "tres essentias" cum Scriptura 45

37 relatio] *coni.*: reiatie π

23 proponit...28 predicatur] cf. Lomb., 181, 4-15 28 Deinde...31 Personam] cf. Lomb., 181, 17 - 182, 4; Aug., *De Trin.*, VII, 6, 11 (261, 7 - 262, 27)
 31 Postea...predicatur] cf. Lomb., 182, 6-12 32 Deinde...37 distinguere] cf. Lomb., 182, 12-20 37 Vnde...40 `essentia`] cf. Lomb., 182, 23 183, 20
 41 Deinde...44 Personarum] cf. Lomb., 183, 24 - 184, 13 45 Postea...50 Personas] cf. Lomb., 184, 16 - 185, 9

non contrarium dicat. Et dicit quod hoc ideo est ne intelligatur
 diuersitas in diuinis. Concludit etiam quod sola penuria uocabulorum
 facit distinctionem in tribus Personis; unde etiam subdit quod loco
 huius nominis `Persona´ Greci utuntur hoc nomine `substantia´ licet
 50 possint dicere "tres hypostases", sicut nos dicimus "tres Personas".
 Vltimo declarat quod in diuinis nulla est diuersitas et nulla
 multiplicitas propter essentie unitatem. Et ideo licet dicatur Deus
 trinus, non tamen est multiplex, et nulla est ibi simplicitas siue
 solitudo propter Personarum pluralitatem. Et in hoc terminatur
 55 sententia lectionis in speciali.

Questio prima

Vtrum `Persona´ significet substantiam an relationem

[1] Circa distinctionem istam duo queruntur: primum est de hoc
 5 nomine `Persona´, scilicet utrum significet substantiam an
 relationem; secundum erit de comparatione ad alia nomina. Ad
 primum arguitur sic et uidetur quod significet relationem: primo per
 BOETIUM libro De Trinitate, qui dicit quod omne nomen
 pertinens ad Personas significat relationem; set nullum nomen magis
 10 pertinet ad Personas quam hoc nomen `Persona´; quare etc.
 π70va | [2] Preterea quicquid plurificatur in diuinis pertinet ad relationes,
 quia secundum BOETIUM essentia *continet unitatem, relatio uero*
multiplicat Trinitatem; set Persona plurificatur in diuinis (dicimus enim

51 Vltimo...54 pluralitatem] cf. Lomb., 185, 12 - 186, 31
 2 Vtrum...relationem] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 23, 1, 3 (560-565); *S.th.*, I, 29, 4
 8 omne...relationem] cf. Boeth., *De S. Trin.*, 5 (178, 310 - 179, 316)
 12 essentia...Trinitatem] cf. Boeth., *De S. Trin.*, 6 (180, 339-340)

tres esse Personas); ergo etc.

[3] Set contra: AUGUSTINUS VII De Trinitate: *Cum dicimus* 15
"Personam Patris", non aliud dicimus quam substantiam Patris; ad se quippe
 dicitur `Persona`, non ad Filium siue Spiritum Sanctum sicut ad se
 dicitur `Deus`; igitur `Persona` significat essentiam.

[4] Responsio. Videnda sunt duo: primum est an `Persona` sit 20
 nomen rei an intentionis; secundum est quid significet in diuinis
 substantiam an relationem. Quantum ad primum est duplex modus
 dicendi. Primus est quod nomen `Persone` significat intentionem,
 quod probatur dupliciter, primo sic: illud quod dicit `individuum` in
 omni genere et `suppositum` in genere substantie dicit `Persona` in 25
 genere intellectualis nature; set `individuum` et `suppositum` sunt
 nomina intentionum et non rerum; ergo et `Persona`.

[5] Secundo sic: omnia nomina significantia res aliquas sunt in
 predicamento sub aliqua intentione, sicut `substantia` sub intentione
 generis, `homo` sub intentione speciei, `Sortes` sub intentione
 individui uel suppositi; set `persona` non est res sub intentione 30
 generis uel speciei, quia de ratione rei cui conuenit esse genus uel
 species est quod sit pluribus communicabilis, ut patet in
 diffinitionibus generis et speciei, que sunt esse predicabile de
 pluribus differentibus specie et numero; set de ratione `persone` est
 quod sit incommunicabilis, ut patet in diffinitione eius quam ponit 35
 BOETIUS; ergo `persona` non est nomen rei cui conueniat esse genus
 uel speciem nec dicit rem sub intentione suppositi, quia illa uni soli
 conuenit, ut `Sortes`, `persona` autem pluribus; quare `persona` non

16 Personam] *scr. cum Augustino*: persona π 24 `Persona`] *coni.*: personam π

15 Cum...Patris²] Aug., *De Trin.*, VII, 6, 11 (262, 18-20)
 35 diffinitione...Boetius] cf. Boeth., *Contra Eutychem et Nestorium*, 3 (214,
 171-172)

est nomen rei sub aliqua intentione, set est nomen intentionis eius
 40 cuius est suppositum, non tamen in omni natura, set in intellectuali
 tantum; est enim `persona` *rationalis nature indiuidua substantia*
 secundum BOETIUM. Accipitur autem hic `intentio` non pro ratione
 quam format intellectus circa rem, ut sunt `genus`, `species` <et>
 huiusmodi, quia indiuiduatio uel singularitas non fiunt in rebus per
 45 intellectum, set ex natura rei, set uocantur hic `intentiones` large
 conditiones rei ex opposito, correspondentes `intentionibus`
 uniuersalibus proprie dictis, ut `singularitas`, `indiuiduatio`,
 `suppositio`, `personalitas`, que contrahunt speciem sicut species
 ipsum genus.

50 [6] Alius modus dicendi est quod `Persona` significat non
 intentionem, set rem subiectam intentioni; dicunt enim ISTI quod
 sicut `homo` significat non intentionem speciei, set rem subiectam
 intentioni et `aliquis homo` significat rem subiectam intentioni, que
 est indiuiduum uagum in natura humana specialiter, ita `persona`
 55 significat naturam subiectam intentioni, que est indiuiduum uagum in
 natura intellectuali generaliter et non ipsam intentionem. Quod
 probatur dupliciter.

[7] Primo sic: hoc nomen `persona` impositum est ad significandum
 suppositum nature intellectualis secundum quod quandam importat
 60 dignitatem; intentiones autem non important aliquam dignitatem, set
 res subiecte intentionibus (`uniuersalitas` enim non importat
 maiorem dignitatem in homine quam in equo); ergo etc.

[8] Secundo nomen `persone` impositum est ad significandum

43 et] *suppl.: om. π*

41 *rationalis...substantia*] cf. Boeth., *Contra Eutychen et Nestorium*, 3 (214,
 171-172) 51 isti] cf. Thom., *S.th.*, I, 30, 4

aliquid dignum laude uel uituperio; intentiones autem non dicunt
 aliquid dignum laude uel uituperio (hoc enim conuenit soli rei 65
 habenti dominium sui actus); ergo etc. Et respondent ad rationem
 alterius positionis dicentes quod `persona` non dicit rem sub
 intentione generis uel speciei uel indiuidui signati, set dicit rem sub
 intentione generis uel speciei uel indiuidui signati, set dicit rem sub
 intentione indiuidui uagi, nec significat idem quod suppositum in
 genere substantie, set potius rem sub intentione indiuidui uagi in 70
 natura intellectuali generaliter, sicut `aliquis homo` dicit suppositum
 uagum in natura humana, quemadmodum dictum fuit prius.

[9] Quicquid sit de principali conclusione, ista tamen non ualent, quia
 non est probabile quod `persona` dicat solum rem subiectam
 intentioni, que est indiuiduum uagum. Cuius ratio est quia res 75
 subiecta intentioni, que est indiuiduum uagum, importatur per
 terminum significantem | naturam generis uel speciei addito signo
 particulari, ut `aliquod animal` uel `aliquis homo`. Res ergo subiecta
 intentioni indiuidui uagi in natura intellectuali bene potest designari
 per hec nomina, que sunt scilicet `quedam natura intellectualis`, 80
 `quidam angelus`, `quidam homo`. Quid autem significetur per hoc
 nomen `persona`, ualde extraneum est.

[10] Item de ratione rei subiecte intentioni indiuidui uagi non potest
 esse quod sit incommunicabilis; set de ratione `persone` est quod sit
 communicabilis, ut patet per eius diffinitionem siue descriptionem 85
 que secundum BOETIUM et RICHARDUM, quod *persona est rationalis
 nature indiuidua siue incommunicabilis substantia*; ergo `persona` non dicit
 rem subiectam intentioni indiuidui uagi. Minor iam patet, set maior
 probatur, quia res subiecta intentioni indiuidui uagi semper est

87 incommunicabilis] *scr. cum Richardo: communicabilis* π

86 persona...substantia] cf. Boeth., *Contra Eutychem et Nestorium*, 3 (214,
 171-172); Rich. de S. Vict., *De Trin.*, IV, 22 (188, 21-23)

- 90 communicabilis pluribus et tot, sicut natura subiecta intentioni
speciei; de tot enim predicatur `aliquis homo´ sicut `homo´. Et ideo
de ratione talis rei non potest esse `incommunicabilis´ cum repugnet
nature rei. Ex hoc enim dicitur `uagum´, quia potest pluribus
conuenire et non uni tantum.
- 95 [11] Et ideo si hoc nomen `persone´ diceret rem subiectam
intentioni indiuidui uagi, impossibile esset quod de ratione eius esset
incommunicabilitas. Si autem nomen `persone´ designet non rem,
set rationem suppositi in natura intellectuali, nichil prohibet quod
nomen `persone´ pluribus conueniat, et tamen res cui conuenit ratio
100 `persone´ non conueniat pluribus, quia quamuis res aliqua sit
incommunicabilis pluribus, ut `Sortes´, tamen ratio
incommunicabilitatis, ut esse indiuiduum signatum uel esse
suppositum uel personam, potest conuenire pluribus; quamuis enim
solus Sortes sit Sortes, quia `Sortes´ est nomen rei subiecte rationi
105 indiuidui signati, suppositi uel persone, tamen non solus Sortes est
indiuiduum signatum suppositum uel persona, imo Plato et ceteri
homines, quia ista dicunt rationem que potest pluribus conuenire, res
tamen cui talis ratio conuenit non potest pluribus conuenire.
- [12] Quod autem ISTI arguunt pro se facile est soluere dicendo ad
110 primum quod nomen `persone´ impositum est ad signandum
intentionem suppositi non absolute, set tantum in natura
intellectuali, que super alias dignitatem importat, et ob hoc solum
nomen est ad dignitatem pertinens non ratione formalis significati,
set ratione nature subiecte ex qua sortitur speciale nomen, sicut et
115 nomen `suppositi´ importat quandam dignitatem supra indiuiduum,
non ratione formalis significati que utrobique est una, scilicet

95 `persone´] *conu.*: persona π

intentio singularitatis, set ratione nature subiecte; suppositum enim dicit indiuiduum non quodcunque subsistens et completum.

[13] Per idem patet ad secundum, quod tamen includit quoddam friuolum, scilicet quod `persona` importat aliquid dignum laude; 120
constat enim quod laude nullus est dignus nisi uirtuosus. Si ergo `persona` significat aliquid laude dignum, sequitur quod non omne suppositum intellectualis nature dicitur `persona`, set solum uirtuosus, quod est absurdum dicere. Licet enim origo nominis `persone` fuerit a reputatione laudum cum fictione cuiusdam larue, 125
tractum est tamen ad significandum suppositum intellectualis nature. Puto ergo quod nomen `persone`, prout BOETIUS et RICHARDUS eo utuntur et describunt ipsum et prout sumitur in diuinis, significat rationem suppositi et non rem subiectam rationi licet de ea predicetur; uulgus tamen aliter utitur nomine `persone`, scilicet pro 130
re subiecta intentioni indiuidui uagi, ut cum dicimus quod iste uel ille est bona persona, id est bonus homo; sic de ratione `persone` non est esse incommunicabile. Et sic patet primum.

[14] Quantum ad secundum sciendum est quod si prima opinio de significato `persone` uera est, scilicet quod `persona` non significat 135
rem, set intentionem, tunc patet quod `persona` nec in diuinis nec in creaturis significat substantiam nec relationem; si uero significet rem intentioni subiectam, ut dicit secunda opinio, adhuc posset uideri alicui quod nomen `persone` non significat suststantiam nec relationem, set abstrahit ab utroque. 140

[15] Quod patet sic: quod unumquodque nomen significet accipere oportet ex eius diffinitione; idem enim significant diffinitio et

122 significat] *coni.*: signat π 129 rationem] *coni.*: ratione π

127 prout...ipsum] cf. Boeth., *Contra Eutychem et Nestorium*, 3 (214, 171-172); Rich. de S. Vict., *De Trin.*, IV, 22 (188, 21-23)

π71ra diffinitum, et diffinitio est ratio quam | significat nomen, ut habetur
 IV Methaphisice. Ex hoc arguitur: a quocunque intellectus
 145 abstrahit significatum diffinitionis ab eodem abstrahit intellectus et
 significatum diffiniti; set formalis intellectus et significatio
 diffinitionis `persone` abstrahit ab essentia et relatione, licet
 materialiter et in obliquo includat essentiam uel substantiam; ergo
 etc. Minor patet per diffinitionem `persone` quam ponit BOETIUS,
 150 scilicet quod *persona est rationalis nature individua substantia*, quod idem
 est acsi diceretur "persona est suppositum"; ibi enim ponitur
 substantia individua pro supposito uel hypostasi uel est tanquam
 suppositum nature intellectualis; extra autem significatum et
 intellectum huius diffinitionis est essentia et relatio, ut de se patet. Si
 155 enim in diuinis non esset nisi unum suppositum essentiale et
 absolutum, ut gentiles ymaginantur, illi nature uere competeret ratio
 `persone`. Et si in creaturis constitueretur suppositum per
 relationem, sicut nunc in diuinis, illud uere rationem `persone`
 haberet, quod non haberet si in formali significato rationis `persone`
 160 includeretur essentia uel relatio uel utrumque. Sunt ergo extra
 formale significatum `persone` et sue diffinitionis, materialiter tamen
 et in obliquo includitur essentia, quia `persona` dicit suppositum in
 tali natura solum, scilicet intellectiua. Set quod illud sit absolutum uel
 relatum totum, est extra significatum `persone`.
 165 [16] Istud autem non potest esse uerum, quia sicut infra patebit,
 nullus conceptus unus realis et essentialis potest abstrahere a
 substantia et relatione; nomen enim impositum secundum illum
 conceptum esset uniuocum substantie et relationi, quod non est

143 diffinitio...nomen] cf. Arist., *Metaph.*, IV, 7, 1012a23-24
 150 persona...substantia] cf. Boeth., *Contra Eutychem et Nestorium*, 3 (214,
 171-172)

possibile; propter quod si `persona` significet rem subiectam intentioni cum illa dicatur essentialiter de persona absoluta in creaturis et de relata in diuinis, impossibile est quod hoc sit secundum unum conceptum abstrahentem ab utroque, quia sic esset aliquid uniuocum ad utrumque. 170

[17] Ad rationem ILLORUM dicendum quod diffinitio `persone`, prout dictum est, non abstrahit a substantia, imo expresse includit cum dicitur quod *persona est rationalis nature indiuidua substantia* et sic `substantia` non accipitur ibi pro essentia, set pro supposito tunc diffinitur `persona`, prout dicit intentionem et non rem intentioni subiectam. Si autem queratur non de significato, set de eo de quo nomen `persone` dicitur (non enim de multis dicitur, que tamen per nomen non significantur, sicut `homo` predicatur de Sorte et de Platone et tamen neutrum significat) ut sit sensus questionis quid est illud in diuinis de quo `persona` predicatur, sic dicendum est quod illud non est relatum tantum nec essentia tantum, set constitutum ex essentia et relatione. Quod probatur sic: illud de cuius ratione est quod sit subsistens, distinctum et incommutabile includit in se illud per quod subsistit et illud per quod est distinctum et incommunicabile; set `persona` est huiusmodi; quare etc.; set in diuinis quicquid subsistit, subsistit per essentiam uel subsistit per essentiam uel substantiam; quicquid distinguitur et est incommunicabile, hoc habet per proprietatem relatiuam; ergo de quo `persona` dicitur in diuinis includit essentiam et proprietatem relatiuam, ut `Pater` et `Filius` et huiusmodi, que etsi imponantur ad significandum a sola relatione, tamen ut accommodantur diuinis, important totum constitutum ex relatione et essentia. 175
180
185
190
195

176 persona...substantia] cf. Boeth., *Contra Eutychem et Nestorium*, 3 (214, 171-172)

[18] Ad primum argumentum dicendum quod omne nomen pertinens ad Personas importat relationem, uel tanquam id quod formaliter significatur, ut `Pater` uel `Filius`, uel tanquam illud de quo dicitur, et sic nomen `Persone` importat relationem, quia de
 200 relatio predicatur, set relationem non significat.

[19] Ad secundum dicendum per idem, quia illud quod plurificatur in diuinis pertinet ad relationes quantum ad ea in que plurificantur et de quibus dicitur, set non oportet quod hoc sit quantum ad formalem rationem significandi, quia sicut dictum est, significatum communis
 205 nominis non includit in se rationem illorum de quibus dicitur.

[20] Ad aliud in oppositum dicendum quod AUGUSTINUS accipit ibi `substantiam` pro hypostasi uel supposito et non pro essentia solum, et bene concessum est quod nomen `persone` suppositum significat; uel hoc dicitur pro tanto quia illud de quo dicitur
 π71rb `persona` non solum includit relationem, | set etiam cum relatione essentiam.

Questio secunda

Vtrum hec nomina `substantia`, `subsistentia`, `essentia` et
 `persona` sint in diuinis

5 [1] Secundo queritur utrum hec nomina `subsistentia`, `substantia`, `essentia`, `persona` sint idem an differant. Et uidetur quod idem significant, quia illa que uni simplicissimo conueniunt penitus idem

200 significat] *coni.*: signat π

2 Vtrum...diuinis] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 23, 1, 1 (552-558); *S.th.*, I, 29, 2

significat; set hec omnia nomina uni et eidem simplicissimo conueniunt, scilicet Deo; ergo etc.

[2] Contra: illa que sic se habent quod uno plurificato aliud non plurificatur, non significant penitus idem; set `persona` plurificatur in diuinis, similiter `subsistentia`, non autem `substantia` uel `essentia`; ergo non significant penitus idem. 10

[3] Responsio. Hic sunt tria uidenda: primum est quid hec nomina significant et a quo imponantur; secundum erit de conuenientia eorum ad inuicem et de eorum differentia; tertium erit quomodo conueniunt diuinis. Quantum ad primum sciendum quod hec nomina `essentia`, `substantia` et `subsistentia` imponuntur ab hiis actibus que sunt esse, substare et subsistere. `Esse` autem est quoddam commune et non determinat sibi aliquem modum essendi; `subsistere` autem dicit determinatum modum essendi, prout scilicet aliquid est ens per se et non in alio; `substare` autem idem est quod sub alio stare. Et inde est quod `esse` dicit illud quod est commune omnibus generibus, `subsistere` autem et `substare` dicunt id quod est proprium primo predicamento secundum duo que sibi conueniunt, scilicet quod sit ens in se completum et per hoc conuenit ei subsistere, et quod substet aliis, scilicet accidentibus, que in substantia habent esse, et per hoc conuenit ei substare. `Essentia` ergo significat id cuius actus est esse; `subsistentia` id cuius actus est subsistere; et `substantia` id cuius actus est substare. Vnde BOETIUS in libro De duabus naturis et una Persona Christi dicit sic: Dicimus hominis essentiam quia est, subsistentiam quia nullo indiget, substantiam quia substat. Et hec de primo. 15 20 25 30

11 significant] *coni.*: signant π 13 significant] *coni.*: signant π 29 significat] *coni.*: signant π

32 Dicimus...substat] cf. Boeth., *Contra Eutychem et Nestorium*, 3 (218, 243-249)

[4] Quantum ad secundum sciendum est quod ad hos actus qui sunt
 35 substare et subsistere comparatur aliquid dupliciter: uel <sicut>
 subiectum uel sicut principium. Et propter hoc aliqua horum
 nominum inueniuntur diuersimode accepta a BOETIO. Aliquando
 enim substantiam nominat illud quod est principium substandi, et
 hec est materia que est primum subiectum. Et ideo in commento
 40 Super librum Predicamentorum dicit quod hypostasis,
 que ualet in Greco quantum substantia in Latino, dicitur materia,
 quia etiam principale principium subsistendi in se et non per aliud
 uidetur esse forma, unde inueniuntur quedam forme per se
 subsistentes, ut anima et intelligentie, ut largo modo accipiendo
 45 formam, nunquam autem materia; ideo secundum BOETIUM ibidem
usiosis, idest subsistentia, est forma, accipiendo ibi subsistentiam pro eo
 quo aliquid subsistit.

[6] Quandoque autem accipitur `substantia` pro eo quod substat et
 `subsistentia` pro eo quod subsistit, et hoc est solum suppositum in
 50 genere substantie (genera enim et species nec in se subsistunt nec
 substant accidentibus nisi ratione indiuiduorum); de essentia autem
 non sic est, quia semper nomine `essentia` importatur tota rei natura
 uel quidditas; unde BOETIUS semper sumit `usiam`, idest essentiam,
 pro tota rei quidditate et non pro parte, unde dicit Super
 55 Predicamenta quod `usia` in compositis dicit aggregatum *ex*
materia et forma. Si ergo unumquodque horum nominum accipiatur ut
 quo, sic `essentia` significat totam quidditatem rei, `subsistentia`
 formam partis, `substantia` materiam. Et tunc hec differunt realiter

35 sicut] *suppl.*: om. π 58 partis] *coni.*: patris π

40 hypostasis...materia] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 23, 1, 1, sol. (556)
 46 usiosis...forma] cf. Thom., *S.th.*, I, 29, 2, sed contra 2 55 `usia`...forma] cf.
 Thom., *Super Sent.*, I, 23, 1, 1, sol. (555)

ab inuicem sicut totum differt realiter a suis partibus et sicut una pars
differt ab alia, et hoc in compositis, quia in simplicibus non habet 60
hoc locum. Si autem hec tria sumantur pro eo cui predicti actus
conueniunt ut subiecto, sic unum et idem secundum rem dicitur
`essentia` in quantum habet esse, `subsistentia` in quantum habet esse
tale, scilicet aliud non requirens, `substantia` in quantum substat
accidentibus, et sic solum differunt ratione in eodem. Nomen autem 65
`persone` dicit suppositum intellectualis nature, cui | omnia predicta
conueniunt, scilicet esse `essentiam`, `substantiam` et
`subsistentiam` ratione rei subiecte intentioni suppositi, et sic
apparet quomodo hec nomina inter se conueniunt aut differunt,
quod fuit secundum. 70

[7] De tertio sciendum est quod inter hec nomina nomen essentie
propriissime Deo conuenit quantum ad id quod significat et
quantum ad id a quo ad significandum impositum est: quantum ad id
quod significat, quia illud de se non contrahitur ad certum genus, set
omne genus excedit, sicut ens, et ideo proprie Deo conuenit, qui ad 75
nullum genus limitatur; item quantum ad id a quo imponitur;
imponitur enim ab esse, quod propriissime Deo conuenit, ut
ostensum fuit prius 8^a distinctione questione 2^a; ideo dicit BOETIUS
libro De duabus naturis quod *Deus maxime est essentia*. Et
AUGUSTINUS VII De Trinitate dicit quod *Deus uere ac proprie* 80
dicitur *essentia* ita ut forte oporteat solum Deum esse essentiam.
Nomen etiam `subsistentie` proprie soli Deo conuenit; subsistit
enim aliquid quod ut possit esse, alio non indiget; istud etiam

72 significat] *coni.*: signat π

77 esse...conuenit] cf. supra, I, 8, 2, [24] (36rb) 79 Deus...essentia] cf. Boeth.,
Contra Eutychem et Nestorium, 3 (218, 251-252) 80 Deus...essentia] cf. Aug., *De*
Trin., VII, 5, 10 (260, 9-15)

maxime Deo conuenit et ideo Deus proprie est subsistentia.
 85 `Substantia' autem quantum ad id a quo imponitur Deo non
 conuenit, quia Deus nulli accidenti subiectiue substet, licet omnibus
 subiectis prebeat effectiue quod substent accidentibus suis; set quia
 id ad quod significandum imponitur est natura per se stans, ideo
 nomen `substantie' in diuinis sumitur pro eo quod significat, et non
 90 pro eo a quo imponitur ad significandum. Nomen autem `personae'
 quantum ad id quod significat reperitur in diuinis; significat enim
 suppositum nature intellectualis; hoc autem est in diuinis; quare etc.
 [8] Ad argumentum patet responsio; hec enim omnia nomina, licet
 differant in compositis secundum unam eorum acceptionem, tamen
 95 in Deo et substantiis simplicibus sola ratione differunt; in compositis
 autem non differunt nisi ratione tantum secundum quod sumuntur
 pro eo quod est substet et subsistit.
 [9] Ad argumentum quod est in oppositum dicendum quod includit
 uerum in hoc quod `persona' que multiplicatur in diuinis includit in
 100 eo de quo dicitur aliquid quod non est omnino idem secundum rem
 uel ex natura rei cum essentia uel substantia, scilicet relationem,
 ratione cuius plurificatur Persona in diuinis, et non essentia, ut in
 infra apparebit, sicut pluries dictum fuit supra. Et quantum ad hoc
 nomen `personae' in diuinis differt a nomine `essentie' et
 105 `substantie'.

89 significat] *ami.*: signat π

Distinctio 24^a

Sententia huius distinctionis in generali et speciali

[1] *Hic diligenter inquiri oportet.* Superius determinauit MAGISTER de diuisione et multiplicitate diuinorum nominum; hic uero intendit 5 querere de nominibus significantibus unitatem et pluralitatem in Deo qualiter accipiantur. Et diuiditur in duas: primo determinat de istis nominibus secundum se; secundo determinat de hiis in comparatione ad hoc nomen `Persona`. Secunda incipit ibi in principio 25^e distinctionis: *Preterea considerandum est.* Prima pars est 10 presentis lectionis. Et diuiditur in tres: primo mouet suam dubitationem; secundo soluit et solutionem suam declarat in omnibus huiusmodi nominibus; tertio excludit quandam obiectionem circa de terminata. Secunda ibi: *Si diligenter.* Tertia ibi: *Set non est pretermittendum.* Hec est sententia lectionis in generali. 15

[2] In speciali uero sic procedit MAGISTER et querit primo, cum in diuinis nulla sit diuersitas uel multiplicitas uel singularitas, quid nomina importantia multitudinem et pluralitatem uel distinctionem in diuinis significant. Si enim uere de Deo dicuntur, uidentur sua significata in diuinis ponere. Postea respondet et dicit quod 20 significata istorum nominum in diuinis non sunt ad ponendum aliquid, set potius ad remouendum aliquid sunt introducta, et hoc declarat. Cum enim dicitur "unus Deus" uel "unus Pater", nulla quantitas uel numerus in Deo ponitur, set pluralitas, uel multitudo

5 intendit] *coni.*: ostendit π 14 Si] *scr. cum Lombardo*: Hic π 15 Set] Hic *Lomb.*
17 singularitas] *scr. cum Lombardo*: singularis π

4 Hic...oportet] *Lomb.*, 187, 5 | Superius...nominum] cf. *Lomb.*, 178, 3-186,
30 10 Preterea...est] *Lomb.*, 190, 4 14 Si diligenter] *Lomb.*, 187, 15
15 Set...pretermittendum] *Lomb.*, 189, 25 16 querit...20 ponere] cf. *Lomb.*,
187, 5-13 20 Postea...29 remouetur] cf. *Lomb.*, 187, 15 - 189, 24

25 excluditur. Similiter cum dicitur pluralitas Personarum, non
 multitudo ponitur, set singularitas et solitudo tollitur. Item cum
 dicimus "tres Personas", negamus unam solam uel duas. Ibi
 simpliciter in nomine Trinitatis et distinctionis non diuersitatem in
 Deo ponimus, sed commixtio et confusio remouetur. Vltimo
 30 opponit per ISIDORUM quod Trinitas potest dici multipliciter. Et
 soluit dicens quod ISIDORUS nomine multipliciter non diuersitatem,
 sed numerum Personarum uult intelligi. Et in hoc terminatur
 sententia in speciali.

35

Questio prima

Vtrum termini numerales ponant aliquid in diuinis

[1] Circa distinctionem istam queritur utrum numerales termini
 5 ponant aliquid in diuinis. Et uidetur quod non, quia si ponerent
 aliquid, non ponerent nisi rem sui generis; set illam non ponunt cum
 quantitas non sit in diuinis secundum suum genus; ergo etc. Ad idem
 est quod dicunt HILARIUS et MAGISTER in litera.

[2] Set contra. Si termini numerales nichil ponant in diuinis, set
 10 solum inducantur ad remouendum et per unitatem remoueat
 pluralitas et per pluralitatem unitas, tunc est remotio remotionis et
 quedam circulatio; quod est inconueniens; quare etc.

[3] Responsio. Hic uidenda sunt tria: primum est utrum tales termini
 ponant aliquid in diuinis: secundum est, dato quod sic modo quo

29 Vltimo...32 intelligi] cf. Lomb., 189, 25-33; Isidor., *Differentiae*, II, 1, 3
 (70C-D) 2 Vtrum...diuinis] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 24, 1, 3 (579-584); *S.th.*, I,
 30, 3 7 Ad...litera] cf. Lomb., 188, 10-16; Hilar., *De Trin.*, IV, 17 (119, 1 - 120,
 30)

exponetur, utrum substantiam dicant an relationem; tertium est que et qualia dictorum nominum debeant recipi in diuinis. 15

[4] Quantum ad primum sciendum est quod non est intentionis querere utrum tales termini ponant aliquid in diuinis quod sit realiter diuersum ab essentia diuina, quia certum est quod non alias in diuinis esset compositio, maxime si illud additum esset absolutum. Nec est 20
sensus questionis querere utrum tales termini includant aliquid positium, quia certum est quod sic, saltem denominatiue; includunt enim denominatiue entitates rerum super quas fundantur: `unum` enim dicit ens indiuisum, `multa` uero entia diuisa uel distincta. Set 25
questio est utrum formalis ratio illorum nominum sit positua an priuatiua. Et quantum ad hoc aliquid est dicendum de `uno` et aliquid de `multo`.

[5] De `uno` enim, prout recipitur in diuinis, uidendum est quod ratio eius est priuatiua; non enim recipitur in diuinis `unum` quod est principium numeri in quantitate, quia sicut in Deo non est 30
`quantitas`, prout dicit speciale predicamentum, sic nec `unum` in quantitate, quod est principium numeri, set tantum `unum` quod conuerti potest cum ente, cuius ratio est priuatiua, quia consistit in indiuisione, ut patet X Methaphisice, ubi dicitur quod unum 35
quod conuertitur cum ente et multitudo ei correspondens opponuntur priuatiue, sicut indiuisibile diuisibili uel indiuisum diuiso.

[5] Ad cuius declarationem sciendum est quod `unum` quod conuertitur cum ente nullam naturam potest addere super `ens` que sit alia realiter ab ente, quia `ens` omnia includit. Et ideo quicquid est preter ens est non ens uel nichil. Item nec potest dicere aliquam 40

17 intentionis] *scr.*: intensionis π

34 unum...36 diuiso] cf. Arist., *Metaph.*, X, 6, 1057a4-7; Thom., *In Metaph.*, X, 8, 2090 (492)

specialem naturam sub ente, quia uel esset substantia uel quantitas
 uel qualitas, et sic de aliis predicamentis; hoc autem non est uerum,
 quia unitas conuenit omnibus hiis et non per aliquid eis additum,
 quod non esset si diceret alterum solum; quare etc. Nec potest dicere
 45 solum idipsum quod ens et sub eadem ratione, quia esset nugatio
 dicendo "ens unum", quod non est uerum. Necesse est ergo quod
 dicat aliquam rationem circa ens. Et illa est ratio indiuisiois, que est
 ratio priuatiua; unde unum idem est quod indiuisum. Quod autem
 dicitur quod unum non addit super ens nisi rationem, hoc non est
 50 intelligendum de ratione quam format intellectus solus, ut sunt
 secunde intentiones, set ratione que est conditio per se concomitans
 quamlibet naturam entis uel rei; talis enim ratio est indiuisio
 importata per unum, quia ab eodem res habet esse et esse unum siue
 indiuisum. Et hoc modo `unum` proprie competit Deo, quia, sicut
 55 dictum est, sicut unumquodque se habet ad esse, ita ad esse unum;
 set Deo maxime esse competit; ergo et esse unum.

[7] De `multo` autem et aliis nominibus, sicut sunt `tres`, `quatuor`
 et huiusmodi, est notandum quod sicut est duplex unitas, una que est
 60 principium numeri, que non reperitur in diuinis, | alia que
 consequitur ens, quam in diuinis reperimus, sic etiam est duplex
 multitudo, una materialis, que fit secundum diuisionem continui, et
 hec est numerus qui est de genere quantitatis, sicut et unum quod est
 principium eius, nec reperitur in diuinis propter duo. Primo est, quia
 65 omnis talis multitudo maior est qualibet sua parte, etiam in
 perfectionibus essentialibus, sicut et continuum ex cuius diuisione
 causatur; secundo, quia unitates talis multitudinis differunt
 essentialiter sicut partes continui.

45 nugatio] *coni.*: negatio π 48 unum] *coni.*: uerum π 49 unum] *coni.*: uerum π

[8] Alia est multitudo que est de transcendentibus et reperitur in diuinis, sicut et esse unum quod conuertitur cum ente. Et de hac dicunt QUIDAM quod eius formalis ratio est priuatiua; dicunt enim 70 quod sicut formalis ratio unius completur per indiuisiōem circa rem que dicitur una, ita ratio `multitudinis` completur per rationem `indiuisiōis` circa unamquamque naturam rerum que dicuntur `multe`, et per rationem `negationis` per quam una dicitur non esse altera, ita quod ratio `indiuisiōis` circa unamquamque partem 75 multitudinis et ratio `negationis`, ut una non sit alia, compleant rationem `multitudinis`.

[9] Istud autem non uidetur bene dictum propter duo. Primum est quia quecunque opponuntur adinuicem oppositione priuatiua, necesse est rationem unius esse positiuam et alterius priuatiuam; set 80 unum quod conuertitur cum ente et multitudo ei correspondens opponuntur priuatiue, ut patet ex IV Methaphisice; ergo cum ratio `unius` sit priuatiua, oportet quod ratio `multitudinis` sit positiuam; alioquin non opponerentur sicut habitus et priuatio.

[10] Secundo, quia non est uerum quod assumitur, scilicet quod ratio 85 `multitudinis` consistat in ratione indiuisiōis circa ea que dicuntur multa, imo consistat in ratione `diuisiōis` uel `distinctionis` eorum que dicuntur multa; oppositorum enim opposite sunt rationes. Si ergo ratio `unius` est ratio `indiuisibilis` et `indistincti`, oportet quod ratio `multi` sibi oppositi sit ratio `diuisibilis` uel `distincti`; unde 90 non per hoc sunt aliqua multa formaliter quod quodlibet eorum est unum uel indiuisum, set per hoc quod habent distinctionem adinuicem; ad quod sequitur quedam negatio, scilicet quod unum

68 transcendentibus] *coni.*: transeuntibus π 75 ita quod] *coni.*: *inu.* π

81 unum...priuatiue] cf. Arist., *Metaph.*, IV, 2, 1004a9-17; Thom., *In Metaph.*, IV, 3, 566 (158)

non est aliud, que non est formaliter ratio `multitudinis', set
 95 quoddam concomitans, et sic patet primum.

[11] Quantum ad secundum sciendum est quod uel queritur de
 significato uel de hiis quibus significatum conuenit et de quibus
 dicitur. Si de significato, sic patet quod nomina hec non significant
 nec significare uidentur essentiam nec relationes, set solum
 100 important distinctionem uel indistinctionem circa totam naturam
 entis, substantie et accidentis, ut statim dictum est. Si uero queratur
 de hiis de quibus nomina predicantur, dicendum sic quod in diuinis
 `unum' predicatur tam de substantia quam de relationibus, `multum'
 autem et omne nomen ad multitudinem pertinens non dicitur realiter
 105 nisi de relationibus et de hiis que relationem includunt.

[12] De uno patet sic, quia cuicumque conuenit esse indiuisum, eidem
 conuenit esse unum; set tam essentie quam relationi conuenit esse
 indiuisum (sicut enim essentia diuina est indiuisa in se, ita paternitas);
 ergo tam essentie quam relationibus conuenit esse unam. De `multo'
 110 autem et de aliis nominibus ad multitudinem pertinentibus, sicut
 `tres', `quatuor' et huiusmodi, quod solum dicantur de relationibus
 et relationem importantibus, similiter patet, quia omnia talia
 distinctionem important; set in diuinis non est distinctio quo ad
 essentiam, set solum quo ad relationes uel ea que relationem
 115 important; quare etc. Et sic patet secundum.

[13] Quantum ad tertium sciendum quod cum in diuinis sit unitas
 essentie et pluralitas Personarum, ideo illa nomina cauenda sunt in
 diuinis que distingunt essentiam uel confundunt Personarum
 distinctionem; illa autem nomina que important diuersitatem uel
 120 pluralitatem non sequuntur `ens'; `ens' autem dicitur de omnibus

105 hiis] sr.: iis π

entibus per attributionem ad primum ens, quod est substantia; et ideo uel de uirtute uocabuli, ut QUIDAM dicunt, uel saltem ex accommodatione usus, ut uerius credo, `ens` per se sumptum dicitur de substantia solum, de aliis autem dicitur cum determinatione ad hoc pertinente. Eodem modo dicendum est de illis que consequuntur
125
`ens`, sicut `multum` et nomina ad multitudinem pertinentia, siue in speciali, ut `tres`, `quatuor`, siue in generali, ut `diuisum` et `distinctum` et similia. | Hec enim per se sumpta dicunt ex
π72rb
accommodatione usus multitudinem in substantia, tamen sub determinatione dicunt multitudinem pertinentem ad illud genus ad
130
quod determinatio erit; propter quod hec nomina per se sumpta non debent recipi in diuinis cum dicant multitudinem in substantia, cum determinatione autem possunt recipi, ut dicendo "multa supposita" uel "tres Personae", "aliud suppositum" uel "alia Persona", et sic de aliis.
135

[14] Ad primum argumentum dicendum est quod termini numerales pertinentes ad genus quantitatis non recipiuntur in diuinis, quia nulla res est ibi de genere quantitatis; set termini importantes multitudinem que est de transcendentibus, que non addit aliquam rem super `ens`, bene recipiuntur in diuinis, nec ponunt aliquid
140
super diuinam essentiam et diuinas Personas et relationes nisi rationem distinctionis talis uel talis, que est ratio positua, licet non sit alia res. Per idem patet ad autoritatem HILARII et MAGISTRI in litera; propter hoc enim dicuntur negatiue, quia non ponunt rem aliquam super id de quo dicuntur, ratio tamen significandi eorum est
145
posita.

[15] Ad argumentum in oppositum bene concludit, quia secundum

PHILOSOPHUM IV Methaphisice `unum´ et `multa´ priuatiue
 opponuntur; et ideo si quodlibet diceretur priuatiue quodlibet
 150 priuaret suum oppositum et per consequens seipsum et esset
 circulatio.

Questio secunda

Vtrum unum de genere quantitatis addat aliquid ultra unum quod
 conuertitur cum ente, et quid sit illud

5 [1] Secundo queritur de `uno´ quod est principium numeri, quod est
 de genere quantitatis, utrum addat aliquid super `ens´ et `unum´
 quod conuertitur cum ente, et quid sit illud. Et uidetur quod illud sit
 ratio `measure´: primo per ARISTOTILEM X Methaphisice, qui
 dicit quod unum quod est principium numeri et numerus
 10 opponuntur sicut mensura et mensuratum; ergo in ratione unius
 quod est principium numeri includitur ratio measure.

[2] Item sicut se habet numerus qui est de genere quantitatis ad
 multitudinem que est de transcendentibus, ita se habet unum in
 quantitate ad unum quod conuertitur cum ente; set `numerus´ qui est
 15 de genere quantitatis addit supra `multitudinem´ que est de
 transcendentibus rationem `mensurati´ (*est enim numerus multitudo
 mensurata per unum, ut patet ex X Methaphisice*); ergo `unum´

8 X] *coni.*: 4. π 14 cum] *scr.*: con π 17 X] *coni.*: 4. π

148 `unum´...opponuntur] cf. Arist., *Metaph.*, IV, 2, 1004a9-17; Thom., *In
 Metaph.*, IV, 3, 566 (158) 2 Vtrum...illud] cf. Thom., *S.th.*, I, 11, 1, ad 1
 9 unum...mensuratum] cf. Arist., *Metaph.*, X, 6, 1056b32-33 et 1057a5-6
 16 est...unum] cf. Arist., *Metaph.*, X, 6, 1057a3-4

quod est principium numeri addit supra `unum` quod conuertitur cum ente rationem `measure`.

[3] Contra. Mensura est in genere relationis; set unum quod est principium numeri non est in genere relationis, set quantitatis; ergo `unum` quod est principium numeri non addit super `unum` quod conuertitur cum ente rationem `measure`.

Consequentia probatur, quia `unum` quod est principium numeri non addit per se super `unum` quod conuertitur cum ente, nisi rem sui generis.

[4] Responsio. Primo dandus est hic intellectus questionis et postea procedetur ad eius discussionem. Quantum ad primum sciendum quod intellectus questionis non potest esse ille quem uerba questionis pretendunt, scilicet quid addat `unum` quod est principium numeri supra ens et `unum` quod conuertitur cum ente, quia nec tale unum nec quodcunque aliud potest aliquam rem addere super ens, ut dictum fuit precedente questione; set iste est intellectus, scilicet quid dicat `unum` quod est principium numeri sub ente. Et istud quandoque uocatur additio, sicut dicimus quod `homo` addit `rationale` super `animal`.

[5] Hoc supposito est multiplex modus dicendi circa questionem propositam. Vnus quidem est quod `unum` quod est principium numeri non contrahit directe `unum` quod conuertitur cum ente, set contrahit ipsum ens, sicut `album` uel `homo`; `unum` enim quod est principium numeri non dicitur priuatiue, sicut `unum` quod conuertitur cum ente (propter quod non directe contrahit ipsum), set dicitur positiue. Est enim speciale quoddam ens sub ente communi et hoc est ipsum quantum. Dicunt enim ISTI quod quantitas

25 conuertitur] *coni.*: conuenitur π 32 rem] *scr.*: re π

π72va dupliciter perficit suum subiectum, etiam positue: uno modo |
 secundum se et absolute, et sic quantitas dicitur `unitas` et quantum
 `unum`; alio modo perficit ipsum per comparisonem ad partem, et
 sic dicitur `continuum` ita quod ratio `unius` quod est principium
 numeri non consistit in indiuisione, set in esse tale, scilicet in esse
 50 quantum absolute; propter quod est ratio positua sub ente, quia
 ratio `quanti` directe contrahit `ens commune`, et non unum quod
 cum ente conuertitur, nisi per accidens et indirecte.
 [6] Set hec positio deficit: primo, quia absque ulla probatione assumit
 quod `unum` quod est principium numeri sit ipsum quantum
 55 secundum absolutam rationem ipsus `quanti` et econuerso; hoc enim
 non uidetur, tum quia esset nugatio dicendo "unum quantum", quia
 essent nomina penitus synonyma significantia penitus idem ratione et
 re, quod non est uerum, tum quia quantitas non dat esse multa, nisi
 quia diuersa; ergo non dat esse unum nisi in quantum indiuisa; ergo
 60 quantum secundum se et absolute non habet rationem `unius`, set
 quia indiuisum. Secundo deficit in hoc quod dicit quod quantum
 potest perficere suum subiectum secundum se et absolute uel in
 ordine ad partes; impossibile est enim quod quantum sic perficiat
 suum subiectum absolute quod hoc sit absque ordine ad partes.
 65 Quod probatur sic: illud quod non potest intelligi absque ordine ad
 partes non potest aliud perficere circumscripto hoc ordine; set
 quantum non potest intelligi sine ordine ad partes cum hoc sit de sua
 formali et diffinitua ratione, dicente PHILOSOPHO V
 Methaphisice quod *quantum est quod est diuisibile in ea que insunt*,
 70 et hec eius sunt partes sine quibus impossibile est `quantum` intelligi;
 quare etc. Vnde probabilius diceretur quod quantum secundum quod

69 quantum...insunt] Arist., *Metaph.*, V, 13, 1020a7 (transl. Moerb.); *Auct. Ar.*,
 1, 137 (126, 23)

continuum est unum, quam quod sit unum secundum quod quantum absolute, quia quecunque sunt sibi inuicem continua sunt unum, non autem quecunque sunt quanta, quia possunt esse inter se diuisa et sic plura et non unum. Verumtamen nec illud esset simpliciter bene dictum, quia licet omne continuum sit unum et econuerso, prout nunc loquimur de uno, tamen ex alio formaliter dicit continuum, scilicet quia partes eius copulantur ad unum terminum, et hec est ratio positua; et ex alio dicitur `unum`, ex hoc scilicet quod partes eius non sunt diuise uel sunt indiuisae, que est ratio priuatiua.

75

80

[7] Alius modus dicendi est quod `unum` quod est principium numeri addit super `unum` quod conuertitur cum ente aliquid realiter diuersum. Quod declaratur sic, quia, ut ISTI dicunt, in rebus materialibus est duplex terminatio, scilicet essentialis, que est per formam substantialem secundum quam res sic est hec, puta homo uel asinus, quod non sit alia, et accidentalis, que est per quantitatem, secundum quam determinationem res ostenditur tanta quod nec maior nec minor; secundum primam terminationem attenditur `unitas` que conuertitur cum ente, set secundum aliam attenditur `unitas` que est principium numeri. Ex quo arguitur sic: sicut se habet terminus essentialis ad terminum accidentalem, ita se habet unum quod conuertitur cum ente ad unum quod est principium numeri; set terminus essentialis et accidentalis differunt realiter, puta substantia et quantitas; ergo `unum` quod conuertitur cum ente et `unum` quod est principium numeri differunt realiter propter quantitatem, quia addit `unum` quod est principium numeri super substantia.

85

90

95

[8] Set nec istud est bene dictum, quia impossibile est, ut dictum fuit in principio questionis, quod aliquid addat super ens et unum quod conuertitur cum ente, quia aliquam addat naturam realiter ab ente et

100

uno diuersam. Quod patet sic, quia quodocunque aliqua se habent,
sicut superius et inferius, per se et essentialiter ordinata, quicquid
importatur per inferius totum clauditur in ambitu superioris; set
omne quod est in aliqua natura, siue accidens siue substantia, se
105 habet ad ens et ad unum quod conuertitur cum eo, sicut inferius
ordinatum per se et essentialiter ad suum superius; ergo quicquid
importatur per quamlibet naturam substantie uel accidentis, totum
per se clauditur in ambitu `unius` et `entis`. Et ita non addit naturam
nouam, set communem determinat.

110 [9] Nec ualet ratio quam adducunt; fundatur enim super falsum,
scilicet quod unitas que conuertitur cum ente solum attendatur
π72vb secundum determinationem et indiusionem | que est secundum
formam substantialem. Hoc enim non est uerum, quia sicut `ens`
non dicitur solum de substantia, set etiam de accidentibus, sic
115 `indiuisio` in natura entis importata per unum se extendit ad
terminationem et indiusionem in quacunque natura substantie et
accidentis. Quod ergo dicitur quod sicut se habet terminus essentialis
ad accidentalem, ita se habet unum etc., dicendum quod si accipiatur
`essentiale` pro essentia substantie uel forme substantialis, falsum
120 est, quia non sic se habet unum in quantitate quod est principium
numeri ad unum quod conuertitur cum ente, sicut se habet accidens
ad substantiam, ad quam se habet ut quoddam ens ab ea essentialiter
distinctum, set sicut se habet accidens ad ens communiter sumptum.
In illo tamen sensu procedit ratio, ut apparet ex suppositione minoris
125 propositionis, propter quod non ualet. Si autem sumatur `essentiale`
pro essentia communiter dicta, tunc maior est uera, set minor falsa,
quia terminus accidentalis non differt ab essentiali communiter

105 habet] *coni.*: habent π 111 solum] *coni.*: olum π

sumpto, set includitur in ipso sicut superius in inferiori.

[10] Alius modus dicendi quod `unum` quod est principium numeri non addit super ens et `unum` quod conuertitur cum ente rem aliquam, set rationem duplicem, priuatiam scilicet et posituam: priuatiam, quia sicut `unum` communiter dictum dicit priuationem diuisionis generaliter in quacunq̄ue natura, sic `unum` quod est principium numeri dicit indiusionem in quantitate continua; et ulterius addit rationem posituam ratione fundamenti huius priuationis, scilicet ratione quantitatis, et illa ratio est ratio `measure`. Quod probatur primo per ARISTOTILEM X Methaphisice, qui dicit quod numerus et unum quod est principium numeri opponuntur sicut mensura et mensuratum; secundo, quia quando queritur quot sunt homines et respondetur quod est unus, non est sensus tantum quod homo qui est ibi sit indiuisus, imo ly `unus` dicit discretam mensuram secundum quam aliqua mesurantur, ut sunt tot sicut queritur per quot. `Vnum` ergo quod est principium numeri addit rationem `measure discrete`.

[11] Hec autem opinio duo dicit. Vnum autem est satis clarum, multum dubium. Clarum est quod `unum` quod est principium numeri <et> est de genere quantitatis dicit indiusionem in quantitate specialiter, sicut `unum` quod conuertitur cum ente dicit indiusionem in natura entis uniuersaliter. Quod patet, quia ratio superioris saluatur in quolibet inferiori, licet contracta; set unum quod conuertitur cum ente est superius ad unum quod est solum in quantitate, sicut ens est superius ad quantitatem (ut enim tale ens, scilicet quantitas, se habet ad ens commune, sic unum in quantitate

137 X] *coni.*: A. π 139 mensuratum] *scr.*: mensurarum π 147 et] *suppl.*: om. π

138 numerus...mensuratum] cf. Arist., *Metaph.*, X, 6, 1056b32-33 et 1057a5-6

ad unum in ente); ergo ratio `unius' in ente saluatur in ratione
 155 `unius' in quantitate, set contracta. Eadem ergo indiuisio que sumpta
 uniuersaliter est formalis ratio `unius' quod conuertitur cum ente
 ipsa sumpta specialiter in tali natura, scilicet in quantitate, est ratio
 `unius' quod est principium numeri.

[12] Set tunc est dubitatio quare indiuisio in quantitate facit speciale
 160 unum sub ente et secundum speciale nomen quod dicitur unum
 quod est principium numeri, in aliis autem generibus, puta in
 substantia uel qualitate, indiuisio non facit speciale unum et
 secundum speciale nomen. Et dicendum est quod indiuisio in
 quolibet genere facit speciale unum sub uno quod conuertitur cum
 165 ente, set non sortitur speciale nomen secundum communem usum
 loquendi, set solum `unum' in quantitate. Cuius ratio est quia omnis
 unitas opponitur multitudini; propter quod in illo genere in quo
 inuenitur ultra alia genera specialis ratio `multitudinis' rationabile est
 quod inueniatur specialis ratio `unitatis'; set in genere quantitatis
 170 inuenitur specialis ratio `multitudinis' ultra alia genera; ergo etc.
 Maior patet. Set minor probatur, quia in aliis generibus a quantitate,
 exclusa quantitate, non esset multitudo differentium nisi secundum
 species que est multitudo formalis, saltem in hiis que sunt per causas
 naturales, quicquid sit de hiis que immediate possunt fieri a Deo
 175 solo, ut angeli, de quibus queretur in II libro distinctione 3^a. In
 quantitate autem et in materialibus ratione quantitatis inuenitur noua
 multitudo sub eadem specie eorum que solo numero differunt;
 propter quod unum in quantitate sortitur speciale nomen diciturque
 `unum' quod est principium numeri.

π73ra | [13] Secundum autem quod ponitur in hac opinione, scilicet quod

175 angeli...3a] cf. infra, II, 3, 3 (137rb-138rb)

`unum` quod est principium numeri addit super `unum` quod
 conuertitur cum ente [per] rationem `measure`, potest intelligi
 dupliciter: uno modo quod ratio `measure` essentialiter et intrinsece
 pertineat ad rationem `unius` quod est principium numeri; alio modo
 quod sit proprietas uel habitudo consequens tale unum, fundata in 185
 ipso. Si primo modo, sicut ISTI uidentur intelligere, sic non potest
 esse uerum. Quod probatur sic: illud quod est relatiuum secundum
 esse, et non solum secundum dici, non potest esse constitutum
 alicuius absoluti; set mensura uel ratio `measure` est relatiuum
 secundum esse, et non solum secundum dici; ergo non potest esse 190
 constitutiuum unius quod est principium numeri, quod est quoddam
 realiter absolutum in genere quantitatis. Maior patet, quia relatiuum
 secundum esse est ipsemet respectus uel ratio que pertinet ad genus
 relationis, et ideo non potest intrinsece et essentialiter pertinere ad
 rem alterius predicamenti; set relatiuum secundum dici non est ipse 195
 respectus, set est fundamentum eius, et ideo potest pertinere ad aliud
 genus, ut patet de scientia, que refertur ad scibile, et tamen est in
 genere qualitatis. Minor similiter patet, scilicet quod `mensura` dicit
 relatiuum secundum esse et non secundum dici, quia illa nomina ad
 que ultimo fit status et resolutio in inquirendo de relationibus sunt 200
 nomina relationum uel relatiuorum secundum esse et non secundum
 dici; uerbi gratia si queratur quomodo refertur album ad albedinem,
 respondebitur quod sicut simile simili, set si queratur ulterius
 quomodo refertur simile simili, respondebitur quia est simile et
 ratione similitudinis, et hic est status, quia similitudo est essentialiter 205
 relatio et simile relatiuum secundum esse; si enim nomina essent

182 per] *sed.* 200 fit] *coni.*: sit π

197 scientia...scibile] cf. Arist., *Metaph.*, V, 15, 1020b31-32; X, 6, 1056b35-36

- relatiuorum secundum dici, adhuc ulterius posset queri de rationibus referendi, set ad mensuram et mensurabile fit resolutio et status inquirendo de relationibus. Si enim queratur quare scientia referatur ad scibile, respondebitur quod pro eo quod scientia mensuratur scibili et scibile est mensura scientie; si queratur ulterius quare mensura et mensurabile adinuicem referantur, nulla alia ratio est qua formaliter referantur nisi illa que per nomina importatur et in ipsa est status. Similiter in proposito, si queratur quare unum quod est principium numeri referatur ad multa, respondebitur quonian unum est mensura et reliquum mensurabile; set si ulterius queratur quare mensura et mensurabile referuntur, non est dare aliam formalem rationem nisi illam que importatur per nomina, que est essentialiter quedam habitudo uel relatio; quare etc.
- [14] Si autem intelligatur secundo modo quod esse mensuram est quedam habitudo uel proprietas consequens unum et fundata in ipso, sic habet ueritatem, quia multitudo quantitatis discrete habet mensurari per unum, inquantum unum aliquotiens sumptum reddit multitudinem totam, et hec est proprietas consequens unum non constituens ipsum; et ad hunc sensum loquitur PHILOSOPHUS X Methaphisice quod unum et multa in genere quantitatis opponuntur sicut mensura et mensurabile, et non quod esse mensuram et mensurabile sint de ratione intrinseca unius et multitudinis.
- [15] Et per hoc patet solutio ad illud per quod ISTI primo probant suum propositum. Ad aliud quod dicunt secundo, scilicet quando queritur quot homines sunt in domo et respondetur quod unus, non est sensus tantum quod homo qui est ibi indiuisus sit, imo ly `unus`

226 unum...mensurabile] cf. Arist., *Metaph.*, X, 6, 1056b32-33 et 1057a5-6

dicit discretam mensuram secundum quam aliqui mesurantur ut
sunt tot, dicendum quod ly `unus´ de principali significato non dicit 235
mensuram, set solum connotat tanquam rationem concomitantem.
Quod patet, quia si respondeatur quod sint tres, ly `tres´ dicit aliquid
cui competit esse mesuratum uel esse mesurabile, set tamen
neutrum horum includitur in significato huius quod est `tres´; solum
enim significatur quot sunt; quot enim per se et essentialiter inest 240
numero qui est quantitas discreta, sicut quantum continuo quod est
quantitas prima; tamen ex consequenti datur intelligi quod sunt
mesurabiles uel mesurati; non enim sunt idem quorum et
mesurabile nisi sicut fundamentum et relatio consequens. Et eodem
modo ly `unus´ cum respondetur ad questionem factam de numero 245
importat quod sit aliquid multitudinis, et in hoc dicit aliquid
positiuum cui competit ratio mesure respectu multitudinis, set
tamen non est de significato | eius; non enim sunt idem esse aliquid π 73rb
numeri et esse mesuram eius, nisi sicut fundamentum et relatio
sequens. 250

[16] Patet ergo quid dicit `unum´ quod est principium numeri sub
`uno´ quod conuertitur cum ente, quia dicit specialem indiuisiorem
in natura quantitatis, et ultra hoc dicit aliquid numeri et in hoc dicit
aliquid positiuum, quod competit ei ratione fundamenti sui, rationem
autem mesure non importat nisi extrinsece. 255

[17] Ad primum argumentum dicendum quod licet unum quod est
principium numeri sit mensura, tamen in hoc non consistit ratio
`unius´, set est proprietas consequens ipsam, ut dictum est.

[18] Ad secundum dicendum quod `esse mesuratum´ non dicit
differentiam essentialem numeri, set eam circumloquitur cum sit 260

240 quot²] *ari.*: quotam π

quedam proprietas consequens, etc.

Distinctio 25^a

Sententia huius distinctionis primo in generali

[1] *Preterea considerandum est* etc. Superius MAGISTER determinauit
determinis numeralibus secundum se; in parte ista determinat de 5
eisdem ut adduntur in diuinis huic nomini quod est `Persona`. Et
diuiditur in tres partes: primo enim mouet questionem; secundo
obiicit ad alteram partem; tertio soluit. Secunda ibi: *Persona enim*.
Tertia ibi: *QUIBUSDAM uidetur*. Et ultima diuiditur in duas: primo
ponit QUORUNDAM solutionem et eam improbat; secundo ponit 10
suam solutionem. Secunda ibi: *Sciendum est ergo*. Et hec ultima
diuiditur in quatuor: primo enim soluit questionem de terminis
numeralibus; secundo respondet ad obiectionem in contrarium
factam; tertio soluit questionem in terminis particularibus; quarto
ex dictis concludit quandam solutionem. Secunda ibi: *Et hic sensus* 15
adiuuatur. Tertia ibi: *Nunc inspiciamus*. Quarta ibi: *Ex predictis colligitur*.
Hec est diuisio in generali.

[2] In speciali uero sic procedit MAGISTER. Et querit primo, cum
dicitur pluraliter "Pater et Filius et Spiritus Sanctus", qui sunt tres
Persone, uel cum dicitur "alia est Persona Patris, alia Filii, alia 20
Spiritus Sancti", quid significet ibi nomen `Persone`. Si enim
significet essentiam, ergo in essentia est aliqua diuersitas uel
pluralitas; si uero non significet essentiam, ergo uariatur significatio

11 ergo] igitur *Lomb.*

4 *Preterea...est]* Lomb., 190, 4 | *Superius...se]* cf. Lomb., 187, 5 - 189, 33
8 *Persona enim]* Lomb., 190, 16 9 *Quibusdam uidetur]* Lomb., 191, 27
11 *Sciendum...ergo]* Lomb., 192, 17 15 *Et...adiuuatur]* Lomb., 193, 10-11
16 *Nunc inspiciamus]* Lomb., 194, 22 | *Ex...colligitur]* Lomb., 195, 20
18 *Et...24 plurali]* cf. Lomb., 190, 4-13

25 `Persone` in singulari et in plurali. Deinde subiicit ad aliam partem,
 scilicet quod tam in singulari quam in plurali essentiam significet.
 Quod enim significet essentiam in singulari, probat ex hiis que iam
 dixerat; quod autem in plurali significet essentiam, probat duabus
 rationibus. Et est prima AUGUSTINI, que talis est: cum dicimus tres
 Personas, significamus illud quod est commune Patri, Filio et
 30 Spiritui Sancto; set nichil est commune eis nisi essentia; ergo
 nomine `Persone` pluraliter sumpte significatur essentia. Secunda
 ratio talis est: quid de essentia interrogat; set nomen `Persone`
 respondetur interrogationibus factis per quid est (querentibus enim
 quid tres, respondemus quod tres Persone); ergo nomen `Persone`
 35 in plurali significat essentiam. Postea soluit secundum ALIORUM
 opinionem. Solutio autem ISTORUM erat quod hoc nomen
 `Persona` in plurali significat essentiam propter multas auctoritates
 AUGUSTINI, que dicunt quod `Persona` significat essentiam; non
 tamen sequitur quod tres sint essentie, set quod Pater et Filius et
 40 Spiritus Sanctus sint tres habentes illud commune, quod est
 essentia; et similiter cum dicitur "alia est Persona Filii" etc., idest
 "alius est Pater a Filio, quorum uterque est Persona". Set
 MAGISTER hoc improbat inducendo alium modum loquendi quem
 non possunt sic exponere; dicit enim AUGUSTINUS quod Pater est
 45 alius a Filio in Persona uel personaliter. Deinde soluit secundum
 opinionem propriam dicens quod hoc nomen `Persona` designat
 essentiam, tamen transfertur aliquando propter penuriam

24 Deinde...35 essentiam] cf. Lomb., 190, 16 - 191, 25; Aug., *De Trin.*, VII, 4, 7
 et 6, 11 (255, 1-14 et 262, 28-33) 35 Postea...45 personaliter] cf. Lomb., 191,
 27 - 192, 14; Aug., *De Trin.*, VII, 6, 11 (264, 93 - 265, 102) 45 Deinde...55 res]
 cf. Lomb., 192, 17 - 194, 19

uocabulorum ad significandum suppositum uel hypostasim; unde
sensus est: "Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt tres Persone",
idest tres hypostases uel tres subsistentes in natura diuina. Ad illud 50
quod opponeretur quod essentia responderetur ad questionem
factam per quid, responderetur quod per quid inquiritur de essentia,
non tamen essentia sola, set suppositum in essentia subsistens, et
dicit quod tres Persone in diuinis possunt dici tres res et possunt
dici una res. Deinde exponit significationem `Persone` quando 55
additur termino particulari, ut est `alius`. | Hoc autem ostendit sic,
quia uel ista distinctio importatur circa Personas, ut cum dicitur
"alia est Persona Patris" etc., et tunc dicit quod hypostasim
significat, uel dicit quod `Persona` designat rationem distinctionis,
ut cum dicitur "Pater est alius in Persona uel personaliter", et tunc 60
dicit quod designat proprietatem, quamuis in utroque utrumque
possit significari. Vltimo concludit quod `Persona` aliquando
significat essentiam, aliquando suppositum, aliquando
proprietatem, et quod hoc sit uerum, confirmat per auctoritates que
patent in litera. 65

Questio 1^a

Vtrum `Persona` dicatur uniuoce de Deo et creatura

[1] Circa distinctionem istam queritur primo utrum nomen `persone`

48 significandum] *coni.*: signandum π 52 quid¹] *coni.*: id quod π 1 1a] *coni.*:
septima π

55 Deinde...62 significari] cf. Lomb., 194, 22 - 195, 19 62 Vltimo...65 litera]
cf. Lomb., 195, 20 - 196, 22 2 Vtrum...creatura] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 25, 1,
2 (606-608); *S.th.*, I, 29, 3

5 dicatur uniuoce de Deo et de creatura. Et uidetur quod sic, quia si
 non diceretur uniuoce, aut diceretur equiuoce aut analogice; non
 equiuoce, quia nec diffinitio nec partes diffinitionis `persone`
 uidentur equiuoce dici de Deo et creaturis, siue sint res siue
 intentiones; nec analogice, quia ubi est analogia inter Deum et
 10 creaturam, nomen illud per prius conuenit Deo quam creaturis, ut
 patet, de substantia, ente et huiusmodi; set nomen `persone` per
 prius conuenit creaturis quam Deo, quia creaturis primo fuit
 impositum et translatum a creaturis in Deum; ergo etc. Relinquitur
 ergo quod dicatur uniuoce.

15 [2] In contrarium est quia que non conueniunt in uno genere
 generalissimo non habent aliquid commune uniuocum, quia
 suprema uniuocatio est in genere generalissimo, quia nichil est
 communius nisi ens quod non est uniuocum; set Deus et creatura
 non conueniunt in genere generalissimo eo quod Deus extra omne
 20 genus est; ergo etc.

[3] Responsio. QUIDAM dicunt quod nomen `persone` conuenit
 uniuoce Deo et creaturis ratione negationis et priuationis, que
 importatur per nomen `persone`; ratio enim `persone` consistit in
 communicabilitate; negatio autem dicitur uniuoce de omnibus in
 25 quibus reperitur, ut homo et asinus dicuntur uniuoce `non-lapis`;
 ergo nomen `persone` dicitur uniuoce de omnibus in quibus
 reperitur.

[4] Set istud non ualet propter duo. Primum est quia negatio non
 includitur in formali significato `persone`; licet enim rationem
 30 `persone` circumloquamur per esse indiuiduum uel
 incommunicabile, tamen neutrum significat, set formaliter significat

7 diffinitio] sc:: definitio π | diffinitionis] sc:: difinitio π

hoc aliquid subsistens in intellectuali natura, ad quod bene sequitur quod sit indiuiduum et incommunicabile, quia uniuersalia que sunt communicabilia secundum se non subsistunt. De nomine autem uidentum est secundum illud quod per nomen formaliter importatur, et non secundum illud quod sequitur ad significatum. 35

[5] Secundo, quia non uerum est quod negatio dicatur uniuoce de omnibus de quibus dicitur, nisi illud quod negatur uniuoce diceretur, quia ratio `negationis´ sumitur ex affirmatione, sicut ratio `priuationis´ ab habitu. Et ideo si predicata positua et predicata affirmatiua non dicantur uniuoce de omnibus de quibus dicuntur, sequitur quod nec priuata nec negatiua. Si enim unum oppositorum dicatur multipliciter, et reliquum, ut `esse non canem´ dicitur equiuoce, sicut `esse canem´. Et PHILOSOPHUS V Methaphisice distinguit multa nomina priuata tanquam multiplicia et non uniuoce dicta. 40 45

[6] Ideo dicendum est aliter quod nomen `personae´ uel est nomen rei uel intentionis. Si sit nomen rei, sic dicendum est quod nomen `personae´, non dicitur de Deo et de creaturis uniuoce. Quod patet sic: absoluto et respectiuo nichil potest esse commune uniuocum dictum de eis essentialiter; set si `persona´ est nomen rei, ipsa conuenit essentialiter absoluto et respectui in creaturis et in diuinis; ergo hoc non potest esse uniuoce. Minor patet, quia in creaturis id quod est persona est absolutum, in diuinis uero est formaliter respectus, et si persona dicit rem, dicit eam, sicut indiuiduum uagum quod predicatur essentialiter de indiuiduis signatis, ut `aliquis homo´ de Sorte et Platone; et sic erit de `persona´ tam in diuinis quam in creaturis quod predicabitur per se et essentialiter de absoluto et 50 55

45 distinguit...dicta] cf. Arist., *Metaph.*, V, passim

π73vb respectu. Et sic patet minor. Maior | probatur, quia ei quod est
 60 secundum se formaliter et essentialiter res, et ei quod non est res nisi
 quia est rei, nullum reale potest conuenire uniuoce, quia `esse´ et
 `hoc esse huius´ non est unus conceptus, set absolutum est
 secundum se et formaliter res aliqua (et talis est conceptus cuiuslibet
 absoluti), respectus autem non est res nisi quia est rei (et hoc est
 65 conceptus eius); ergo nullum nomen reale potest utrique conuenire
 uniuoce. Adhuc minor huius rationis probatur: quod enim conceptus
 absoluti sit esse hoc formaliter de se, datum est; set quod respectus
 non dicatur res uel hoc, nisi quia est huius uel rei, probatur sic: illud
 cuius tota entitas et quidditas est formaliter esse ad aliud non est res,
 70 nisi quia rei, quia purum esse ad aliud non est nisi modus essendi
 unius ad alterum et in tantum deficit ab entitate quod QUIDAM
 ponunt quod esse ad aliud non differt realiter a suo fundamento, nisi
 quia connotat extremum; set tota entitas et quidditas respectus est
 esse ad aliud formaliter; ergo respectus non est res, nisi quia rei. Et
 75 sic patet minor et amplius patebit inferius. Sequitur ergo conclusio
 quod nullum nomen reale dicitur uniuoce de absoluto et respectu,
 nec per consequens nomen `persone´ si sit nomem rei.
 [17] Si autem nomen `persone´ sit nomen intentionis, sic uidetur
 quod nomen `persone´ dicatur uniuoce in Deo et in creaturis. Ad
 80 cuius intellectum sciendum est quod intentio fundatur super rem
 iuxta proprietatem in ea repertam, sicut supra hominem fundatur
 intentio speciei secundum quam consideramus quod `homo´ potest
 predicari de pluribus numero differentibus, et intentionem suppositi
 uel persone fundamus super Sortem uel Platonem, quia est hoc
 85 aliquid subsistens in genere intellectualis nature; necesse est ergo

61 quia est] *scr.: inu. π* 82 quam] *ami.:* quod π

intentionem diuersificari secundum formalem diuersitatem rationis uel proprietatis iuxta quam in re fundatur, sicut si dicamus Deum esse speciem, quia natura diuina nata est conuenire pluribus suppositis, scilicet Patri et Filio et Spiritui Sancto, et hominem esse speciem, quia natura humana nata est conuenire pluribus suppositis, scilicet Sorti, Platoni etc. Non est hoc uniuoce, quia alia est unitas nature diuine in pluribus suppositis de quibus dicitur et alia est unitas nature humane in suis suppositis; prima enim unitas est unitas secundum rem, set secunda est unitas solum secundum rationem; propter quod unitas speciei in Deo respectu diuinarum Personarum et in homine respectu suppositorum non est unius rationis, nec per consequens ratio `speciei` cum species sit unum in multis et de multis dictum. Set cum dicimus quod homo est species et albedo est species, nomen `speciei` uidetur utrobique acceptum uniuoce, quia esse unum in multis et de multis equaliter utrique conuenit. Proprietas autem super quam fundatur intentio `personae` est esse hoc aliquid subsistens in intellectuali natura; hec autem proprietas, ut est fundamentum intentionis `personae`, uidetur consimiliter competere creaturis et diuinis suppositis, quia extra formalem rationem huius proprietatis, ut est fundamentum intentionis, est quod talis subsistentia sit creata uel increata, absoluta uel relatiua; propter quod uariatio secundum ista non uariat illam proprietatem secundum id quod dicit formaliter, nec per consequens, ut uidetur, uariat intentionem fundatam super talem proprietatem quin reperiatur uniuoce hic et ibi. Vnde quamuis Pater et Filius et Spiritus Sanctus non habeant uniuoce rationem suppositi respectu huius termini qui est `Deus` cum suppositis humanis respectu huius termini `homo`, quia alia communitas hic et ibi, ut supra dictum fuit,

90

95

100

105

110

tamen respectu huius termini que est `res diuina relata subsistens`
 115 idem est iudicium hinc et inde.

[8] Ad argumentum in oppositum dicendum quod nomen `persone`,
 si sit nomen rei, dicitur analogice in Deo et in creaturis et conuenit
 Deo per prius quam creaturis quantum ad rem significatam, licet
 quantum ad impositionem factam a nobis prius sit nomen `persone`
 120 impositum creaturis quam Deo, et sic est in omnibus que conueniunt
 proprie Deo et creaturis, quia quo ad illud quod significant prius
 Deo conueniunt, set impositio facta est primo ex hiis que uidemus in
 creaturis. Si autem nomen `persone` sit nomen intentionis, dicitur
 uniuoce cum dicitur "Sortes est persona uel suppositum", ut statim
 125 dictum est.

π74ra | [9] Argumentum alterius partis posset concedi ratione conclusionis
 quantum ad hoc quod nomen `persone`, prout dicit rem, non esse
 uniuocum in diuinis et in creaturis, assumit tamen quod nichil est
 commune uniuocum in hiis que differunt, secundum genus
 130 generalissimum; quod est uerum de rebus, set non de intentionibus,
 quia inter illa que sunt in uno predicamento inuenitur similis
 habitudo ad fundandum secundas intentiones, sicut inter illa que sunt
 in alio predicamento, ut dictum fuit de albedine respectu huius et
 illius albedinis et de homine respectu huius et illius hominis; propter
 135 quod talibus conueniunt intentiones unius rationis, scilicet esse
 speciem, et idem est de aliis intentionibus. Quelibet etiam res dicitur
 uniuoce intellecta, quia `esse intellectum` non dicit circa obiectum
 rem, set intentionem.

140

127 esse] *an scrib.* est?

Questio secunda

Vtrum Persona sit aliquid commune in diuinis

- [1] Secundo queritur utrum Persona sit aliquid commune in diuinis. Et uidetur quod non, quia illud quod de ratione sua est incommunicabile non potest esse commune; set de ratione `Persone` est esse incommunicabile, ut patet ex eius diffinitione; ergo etc. 5
- [2] In contrarium est quod dicit beatus AUGUSTINUS et habetur in litera. 10
- [3] Responso. Aliquid dicitur `commune` dupliciter: uno modo secundum rem quando eadem res secundum esse reale est in pluribus, et hoc modo sola essentia diuina est in diuinis communis tribus Personis et spiratio actiua est communis Patri et Filio, et hoc modo Persona non est aliquid commune; aut quia non dicit rem, set intentionem, ut QUIDAM ponunt, aut quia si dicat rem, non dicit tamen unam rem secundum numerum tantum, set sicut indiuiduum uagum, ut ALII dicunt. Alio modo dicitur aliquid `commune` secundum rationem eo modo quo uniuersale est commune ad singularia sub ipso contenta, et hoc modo Persona est aliquid commune in diuinis et non solum Persona, set relatio; utrumque enim dicitur de pluribus, non secundum aliquid unum numero repertum in 15
ipsis, set sicut uniuersale de sub ipso contentis. 20
- [4] Ad argumentum dicendum quod res incommunicabilis non potest esse communis, set intentio `incommunicabilitatis` bene potest esse communis, sicut dato quod Sortes non sit communicabilis, tamen intentio indiuidui uel suppositi est pluribus communis, `persona` 25

2 Vtrum...diuinis] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 25, 1, 3 (608-611); *S.th.*, I, 30, 4
9 quod...litera] cf. Aug., *De Trin.*, VII, 4, 7 (257, 65-66)

autem non significat rem incommunicabilem, set intentionem
 `incommunicabilitatis`, et ideo pluribus potest esse communis.

30 [5] Vtrum autem tres Persone possint dici `tres res`: notandum quod
 `ens` et `res` idem penitus important et de quibuscunque unum
 predicatur, et alterum; conuertuntur enim in suppositis; et ideo quot
 modis dicitur unum, et alterum. `Ens` autem dicitur de substantia et
 35 reliquis predicamentis, per attributionem tamen ad substantiam, que
 est primum et per se ens; et eodem modo dicitur `res`. `Ens` etiam
 per se sumptum sine determinatione, quantum est de communi usu
 loquentium, sumitur tantum pro ente per se, idest pro substantia, licet
 forte de uirtute sermonis esset semper distinguendum, pro aliis
 autem stat secundum conditionem determinationis adiuncte; et idem
 40 est de nomine `rei`. Cum igitur queritur utrum tres Persone possint
 dici `tres res`, dicendum quod secundum communem modum
 loquendi non debet dici quod sunt tres res, ne intelligantur esse tres
 substantie; de uirtute autem sermonis esset distinguenda propositio,
 quia si accipiatur `res` pro substantia, falsa esset; si pro relatione uel
 45 habente relationem, uera. Cum additione tamen semper
 concedendum tres Personas esse tres res relatiuas.

30 dici] *coni.*: dicit π

Distinctio 26^a

Sententia huius distinctionis in generali et speciali

[1] *Nunc de proprietatibus Personarum*. Superius determinavit MAGISTER de essentia et Personis; hic determinat de proprietatibus Personarum quibus ad inuicem Persone distinguuntur. Et diuiditur in duas: primo determinat de proprietatibus que sunt proprie Personarum; | secundo determinat de hiis que appropriantur Personis. Secunda pars incipit in principio 31^e distinctionis ibi: *Preterea considerari oportet*. Prima diuiditur in duas: primo determinat de proprietatibus personalibus; secundo de proprietatibus que non sunt personales, distinctione 28^a ibi: *Preterea considerari oportet*. Prima in duas: primo determinat de proprietatibus personalibus secundum se; secundo in comparatione ad Personas. Secunda in principio 27^e distinctionis ibi: *Hic queri potest*. Prima est presentis lectionis et diuiditur in duas: primo determinat de hypostasi que proprietatibus subsistit sicut distinctum distinguenti; secundo determinat de ipsis proprietatibus quibus hypostases distinguuntur. Secunda ibi: *Iam de proprietatibus*. Hec secunda diuiditur in tres: primo enim proprietates enumerat; secundo ostendit modum predicandi earum; tertio remouet quandam dubitationem. Secunda ibi: *Quocirca sciendum*. Tertia ibi: *Hic queritur*. Et hec ultima diuiditur in quatuor: primo mouet dubitationem circa proprietatem Filii; secundo circa proprietatem Spiritus Sancti pro significato nominis `Doni`; tertio pro significato nominis `Spiritus Sancti`; quarto excludit errorem.

4 Nunc...Personarum] Lomb., 196, 26 | Superius...Personis] cf. Lomb., 190, 4 - 196, 22 10 Preterea...oportet] Lomb., 223, 12 12 Preterea...oportet] Lomb., 209, 10-11 15 Hic...potest] Lomb., 203, 16 18 Iam...proprietatibus] Lomb., 197, 27-28 21 Quocirca sciendum] Lomb., 198, 20 22 Hic queritur] Lomb., 199, 25

Secunda ibi: *Et dicitur Spiritus Sanctus*. Tertia ibi: *Hic queri potest*.
 Quarta ibi: *QUIDAM tamen putauerunt*. Hec est diuisio lectionis in
 generali.

[2] In speciali uero sic procedit. Et premitit primo quod nomine
 30 `hypostasis`, si pro supposito subsistente accipiatur, communiter in
 diuinis utimur; set quia heretici accipiebant `hypostasim` pro
 essentia, catholici non libenter utebantur hoc uocabulo in primitiua
 Ecclesia. Postea enumerat proprietates personales que sunt gignere,
 gigni et procedere. Et ab istis accipiuntur nomina Personarum, ubi
 35 etiam dicit quod proprietas Patris non est quod non sit natus, idest
 innascibilitas, set generare, proprietas etiam Filii non est quod ipse
 non gignit, set quod a Patre generatur, et proprietas Spiritus Sancti
 non est quod non sit natus nec genuit, set a Patre et Filio procedere,
 quibus proprietatibus Persone ad inuicem referuntur; que aliis
 40 nominibus dicuntur `paternitas`, `filiatio` et `processio`. Deinde
 ostendit modum predicandi ipsarum proprietatum, et hoc quantum
 ad tria: primo, quia non predicantur substantialiter, set relatiue;
 secundo, quia non predicantur accidentaliter; tertio, quia non
 predicantur temporaliter, set ab eterno. Quod probat sic: quod
 45 accidit et ex tempore inest amitti potest et mutari; in Deo autem
 nichil amissibile uel mutabile esse potest. Postea obiicit quod
 homines dicuntur esse filii Dei, ergo esse filium uel natum non est
 proprium Filio Dei. Et respondet quod ipse nunquam fuit non filius,
 sicut homines quandoque non fuerunt filii Dei, set filii ire. Nec

27 putauerunt] putant π

26 Et...Sanctus] cf. Lomb., 201, 14 | Hic...potest] Lomb., 202, 8-9
 27 Quidam...putauerunt] Lomb., 202, 21-22 29 Et...33 Ecclesia] cf. Lomb.,
 196, 26 - 197, 25 33 Postea...40 `processio`] cf. Lomb., 197, 27 - 198, 16
 40 Deinde...46 potest] cf. Lomb., 198, 20 - 199, 22 46 Postea...54 creationis]
 cf. Lomb., 199, 25 - 201, 10

quicquam est in eo nisi Filius, quod non conuenit hominibus. Item 50
 ipse est Filius naturali generatione, non adoptione ut creature,
 ueritate, non imitatione, natiuitate, non creatione, que omnia nobis
 non conueniunt. Vbi etiam subdit quod homo est filius Trinitatis
 causa creationis. Deinde subdit de proprietate Spiritus Sancti, que est
 Donum quod relatiue dicitur; Spiritus enim Sanctus `Donum` dicitur 55
 ex naturali proprietate et ex modo sue processione, non sicut aliqua
 dona creata. Postea dicit quod nomen `Spiritus Sanctus` relatiue
 dicitur, set non proprie conuenit aliis Personis de quibus dicitur
 disiunctim. Secundum est quod cum dicitur de omnibus Personis,
 non dicitur relatiue, set secundum substantiam. Deinde excludit 60
 quandam obiectionem dicens quod non obstat quod Spiritus Sanctus
 non habet correlatiua correspondentia, quia multotiens non habentur
 nomina determinata utriusque relatiuorum. Hec est sententia in
 speciali.

65

Questio prima

Vtrum omnes Persone diuine distinguantur per relationes

[1] Circa distinctionem istam primo queritur utrum omnes Persone
 diuine distinguantur per relationes. Et uidetur quod non, quia nulla 5
 forma distinguit nisi secundum suum genus; set `Persona` uel
 `hypostasis` importat indiuiduum in genere substantie; ergo quo ad

52 imitatione] *an scrib. cum Lombardo nuncupatione?*

54 Deinde...57 creata] cf. Lomb., 201, 14 - 202, 6 57 Postea...60 substantiam]
 cf. Lomb., 202, 8-18 60 Deinde...63 relatiuorum] cf. Lomb., 202, 21 - 203,
 12 2 Vtrum...relationes] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 26, 2, 2 (632-636); *S.th.*, I, 40,
 2

esse personale uel hypostaticum non fit distinctio per relationes.

π74va [2] Item prima distinctio debet fieri per prima entia, set | distinctio
10 Personarum diuinarum est prima distinctio; absoluta uero sunt prima
entia; ergo distinctio Personarum debet fieri per absoluta et non per
relationes que sunt posteriores absolutis.

[3] In contrarium est quia illud quod est causa multiplicationis est
causa distinctionis; set relatio est causa multiplicationis Personarum
15 dicente BOETIO libro De Trinitate quod *relatio multiplicat
Trinitatem*; ergo est causa distinctionis.

[4] Responsio. Sciendum est quod non omnes Personas distingui
per relationes contingere posset dupliciter: uno modo, si non
omnes Persone essent relatiue, set preter Personas relatiuas quas
20 ponit fides esset in diuinis aliqua Persona siue suppositum
absolutum; alio modo, si tantum essent tres Persone relatiue et non
constituerentur per relationes, set per aliquid absolutum, quia per
illud distinguerentur; et de utroque est opinio, si tamen dici debeat
opinio et non error.

25 [5] Quantum ad primum dicunt ALIQUI quod in diuinis preter
Personas relatiuas quas ponit fides est suppositum absolutum
aliquod nec istud est contra determinationem Ecclesie. Primum
probant sic: bene sequitur "Deus creat; ergo Persona creat", et est
locus ab inferiori ad superius affirmando, quod patet mutando
30 predicatum; sequitur enim "Deus est; ergo Persona est", set non
econuerso "persona est; ergo Deus est", nisi gratia materie; hoc
autem non esset nisi `persona` esset in plus. Tunc arguitur ulterius
ab inferiori ad superius: tenet consequentia cum exclusionem;
sequitur enim "unus solus homo currit; ergo unum solum animal

15 relatio... Trinitatem] Boeth., *De S. Trin.*, 6 (180, 340)

currit"; similiter sequitur, ut uidetur, "unus solus Deus creat; ergo 35
 una sola Persona creat". Antecedens est uerum; ergo et
 consequens; set consequens non potest esse uerum pro aliqua
 Persona relalata, quia non solus Pater creat nec solus Filius nec
 solus Spiritus Sanctus; ergo uerificatur pro Persona absoluta. Quod
 autem non sit contra determinationem Ecclesie, declarant, quia 40
 istud suppositum absolutum non ponit in numerum cum tribus, set
 est commune tribus, sicut et essentia ab aliis ponitur communis et
 non ponens in numerum cum eis; set Decretalis tantummodo negat
 quaternitatem siue quartam rem ponentem in numerum cum tribus
 Personis, quod patet manifeste per textum; nam respondendo ad 45
 rationem IOACHIM, qui uoluit concludere contra MAGISTRUM ex
 dicto proprio quod dicit quod essentia nec generat nec generatur
 nec procedit, ergo non est Pater nec Filius nec Spiritus Sanctus, set
 quarta res, respondet PAPA quod non sequitur, quia ista res summa,
 etsi non generat ut Pater nec generatur ut Filius nec spiratur ut 50
 Spiritus Sanctus, est tamen Pater et Filius et Spiritus Sanctus, et
 eodem modo potest dici de supposito absoluto.

[6] Istud autem deficit in utroque, quia non est suppositum
 absolutum ponere, etsi poneretur, poneret cum aliis in numerum.
 Primum patet, quia suppositum proprie dictum est quid subsistens, 55
 completum completionem ultimam in natura illa et est
 incommunicabile; set in diuinis nullum absolutum potest esse tale;
 ergo nullum potest esse suppositum absolutum. Maior patet; per
 hoc enim suppositum differt a singulari et ab indiuiduo, quia
 suppositum est illud quod subsistit per se (unde natura humana in 60
 Christo non est suppositum, quia non per se subsistit), 'singulare'

49 ista...52 absoluto] cf. Gregor., *Decret.*, I, 1 (*De summa Trin.*)

autem et `indiuuiduum` dicuntur tam de per se subsistentibus quam de aliis. Item suppositum est completum ultima completionem potenciali in illa natura; importat enim quid completissimum propter quod significat ut habens, non ut res habita est. Est etiam
 65 incommunicabile, quia suppositum est sic sub alio positum quod sub ipso non est aliud positum, omne autem quod est communicabile pluribus habet aliquid positum sub se, et ideo non est proprie et simpliciter suppositum, et sic patet quod suppositum
 70 includit illa tria. Minor declaratur, quia licet de essentia diuina possit dici aliquo modo quod sit subsistens, tamen ipsa absolute sumpta non habet complementum ultimum possibile cum illud sit per relationem uel relatio nec fiat uis de nomine `complementi`, set uocetur `complementum ultimum formale`, et hec in diuinis est
 75 relatio et est incommunicabilis pluribus; quare etc.

[7] Secundum patet, scilicet quod si esse tale suppositum poneret cum aliis in numerum, quia quando de aliquibus uerum est dicere de
 π74vb quolibet quod est suppositum, et unum alio | formaliter est suppositum, et alio aliud, uerum est dicere quod ibi sunt plura
 80 supposita quorum unum non est aliud; set de Patre et de Deo uerum est secundum IPSOS dicere de quolibet quod est suppositum, et alio est Pater suppositum, alio autem Deus (dicit enim AUGUSTINUS quod Pater non est eo Pater quo Deus); ergo uerum est dicere quod Deus et Pater sunt plura supposita, quorum unum non est aliud
 85 suppositum, et sic suppositum absolutum ponit in numerum cum relatiuis.

[8] Ad rationem eorum dicendum quod ab inferiori ad superius licet in creaturis teneat argumentum cum exclusionem, etiam cum termino

83 Pater¹...Deus] cf. Aug., *De Trin.*, VII, 6, 11 (262, 20-27)

numerali, ut "unus solus homo currit; ergo unum solum animal currit", tamen non tenet in diuinis. Et causa diuersitatis est quia in creaturis nunquam aliquid unum numero est in distinctis suppositis; et ideo plurificatis suppositis plurificantur ea que sunt in eis. Propter quod quicquid excludit unum suppositum excludit quicquid est in supposito, cum sit aliud natura et supposito; set in diuinis inuenitur aliquid unum et idem numero, puta essentia diuina communis pluribus suppositis; et illi potest poni nomen quod importat indiuiduum uagum, quod sub se continet plura supposita, sicut est hoc nomen `Deus`; propter quod potest aliquid dici de eo cum additione termini partitiui, ut est `unum`, et exclusiui, ut est `solus`, dicendo "unus solus Deus creat", quod non potest dici de contentis sub ipso cum simili additione dicendo "una sola Persona creat"; ergo non est aliquod suppositum absolutum in diuinis ratione cuius oporteat ponere quod non omnes Persone diuine constituentur relationibus.

[9] Alia causa propter quam posset poni quod Persone diuine non distinguerentur relationibus, posset esse si Persone diuine, quantumcunque relate, constituerentur per modos absolutos qui presupponerentur relationibus, ut QUIDAM dicunt nec probant directe conclusionem istam, set solum indirecte, dicentes quod eadem inconuenientia que sequuntur ad positionem istam sequuntur ad illam que ponit Personas distingui per relationes, et consimiliter euaduntur. Nos enim ponimus Personas diuinas distingui relationibus ad euadendum compositionem in diuinis que esset absoluti cum absoluto et ad euadendum distinctionem essentie diuine propter hoc quod opposite relationes possunt esse in diuina

111 distingui] *omi.*: distinguit π

essentia tanquam in fundamento propter eius infinitam
fecunditatem. Omnino autem simile potest dici de modis absolutis,
quia cum sint modi rerum et non quidditates, non faciunt
compositionem cum essentia. Rursus plures tales modi possunt
120 fundari in essentia una, sicut plures relationes; quare per tales modos
Persone diuine possunt distingui et constitui.

[10] Istud autem esset expresse contra intentionem SANCTORUM et
contra determinationem Ecclesie: contra intentionem SANCTORUM,
quia dicit AUGUSTINUS V De Trinitate quod illa que sunt
125 propria Personis dicuntur relatiue; set nichil est proprium Personis
magis quam illa per que constituuntur et per que distinguuntur;
distinguentia igitur illa sunt relatiua, non modi absoluti. Item
AUGUSTINUS ibidem dicit *quicquid* est *ad se* secundum substantiam
dicitur et de omnibus Personis predicatur singulariter et non
130 pluraliter; set modus absolutus ad se dicitur ex quo absolutus est;
ergo si quis talis est in diuinis, dicitur secundum substantiam et
predicatur de omnibus Personis simul sumptis singulariter, et non
pluraliter; per nichil autem tale possunt distingui Persone; quare etc.
Item dicit DAMASCENUS libro I capitulo 2^o quod in diuinis *omnia sunt*
135 *unum preter ingenerationem, generationem et processionem*; ergo per modos
absolutos non est distinctio. Determinatio etiam Ecclesie idem
habet, que dicit expresse Personas distingui solum relationibus. Item
hec positio est contra rationem: primo, quia ISTI qui ponunt per tales
modos Personas distingui deberent istos modos in speciali nominare
140 ut sciremus qui sunt, qualiter uocantur, sicut NOS qui ponimus eas

134 2^o] *coni.*: 11 π

124 illa...relatiue] cf. Aug, *De Trin.*, V, 5, 6 (211, 19-22)

128 quicquid...singulariter] cf. Aug, *De Trin.*, V, 8, 9 (215, 1-6)

134 omnia...processionem] Ioh. Damasc., *De fide orthod.*, 2 (14, 22-24)

distingui per relationes expresse dicimus Personas diuinas distingui per paternitatem et filiationem et per processionem; quod tamen non faciunt; unde uidetur esse purum figmentum ponere tales modos. Item si per tales modos absolutos Persone constituerentur, aut isti modi differrent secundum speciem aut secundum numerum solum; 145 non secundum speciem, quia omnis talis differentia, si sit impossibilis, in eodem supposito includit oppositionem; nulla autem oppositio potest esse | in diuinis nisi oppositio relationis; π 75ra ergo si isti modi differrent specificice, necesse est quod differrent solum respectiue et non absolute. 150

[11] Quod autem nulla oppositio possit esse in diuinis preter relatiua, patet, quia in omni alia oppositione unum extremum est imperfectius altero, ut in contradictione negatio est imperfectior affirmatione et priuatio imperfectior habitu et in contrarietate unum contrariorum est imperfectius altero; in sola autem relatiua 155 oppositione extrema possunt esse equaliter perfecta. Cum ergo in diuinis non sit dare aliquid imperfectius alio, sequitur quod in eis non potest esse oppositio nisi relatiua. Ergo <si> illi modi differunt secundum speciem, necesse est quod differant solum relatiue. Si autem dicatur quod differunt secundum numerum, 160 contra: illud quod de se est plurificatum non est unum secundum speciem; in hoc enim differt species a genere, quia licet forma specifica possit per aliud plurificari, tamen in ipsa de se non est plurificata; forma autem generis de se est plures nec tota potest in uno inueniri, sicut forma speciei; quicquid autem est plurificatum in 165 diuinis, de se est plurificatum et non per aliud, et maxime prima distinguuntia, ut sunt illa que constituunt Personas et distinguunt;

143 purum] *coni.*: primum π 158 si] *suppl.*: *om.* π

ergo tales modi, si sint, cum sint plures, non sunt unius speciei
 differentes solum secundum numerum. Nullo ergo modo possunt
 170 Persone diuine distingui uel constitui per modos absolutos. Quod
 concedendum est, quia secundum AUGUSTINUM et omnes
 SANCTOS qui usque nunc fuerunt in diuinis non sunt nisi duo,
 scilicet essentia et relatio; set distinctio Personarum non potest esse
 per essentiam que est una numero in omnibus suppositis; ergo
 175 necesse est quod stet per relationes.

[12] Set ulterius cum relatio possit dupliciter nominari: uno modo
 per modum proprietatis, ut paternitas et filiatio; alio modo per
 modum actionis, ut generare et generari, spirare et spirari; ideo
 uidentum est sub qua ratione distinguant, utrum sub ratione
 180 originis an sub ratione proprietatis. Et quicquid horum detur, non
 est differentia in re cum sint omnino idem realiter paternitas et
 generare, filiatio et generari, set in proprietate locutionis differentia.

[13] Quantum autem ad hoc est duplex modus dicendi. QUIDAM
 dicunt quod distinctio Personarum est per origines, non per
 185 relationes sub relatione relationis. Quorum ratio talis est: relationes
 secundum modum intelligendi sequuntur suum fundamentum; set
 paternitas et filiatio fundatur super origines (ex eo enim aliquid est
 pater, quia genuit, et filius, quia generatus est); ergo distinctio
 relationum sequetur distinctionem originum. Per prius ergo
 190 intelliguntur Persone distincte per origines quam per relationes uel
 proprietates. Huic sententie uidetur concordare AUGUSTINUS De
 fide ad Petrum circa principium, ubi dicit quod *quia aliud est
 genuisse quam natum esse, et aliud est natum esse quam processisse,
 manifestum est quoniam alius est Pater, alius Filius, et alius Spiritus*

192 quia...195 Sanctus] cf. Fulg. Rusp., *De fide ad Petrum*, 6 (716, 144-147)

Sanctus. Et DAMASCENUS libro I capitulo 2° dicit quod in diuinis 195
omnia sunt communia preter in generationem, generationem et processionem.

[14] ALII dicunt quod magis proprie debet dici quod Persone
 diuine distinguuntur et constituuntur per proprietates et relationes
 quam per origines. Et hoc dicitur probabilius. Cuius ratio est quia
 constitutio rei in se et eius distinctio ab alia re debet fieri per id 200
 quod rei intrinsecum, sicut in creaturis fit per formam; set origines
 non significantur ut forme intrinsece Personis, set potius ut actus
 progrediens a Persona in personam, quasi uia media, sicut
 generatio significatur ut uia uel actus procedens a generante in
 genitum; ergo per origines non debent dici Persone constitui uel 205
 distingui, set per illa que sunt in Personis tanquam forme intrinsece
 et immanentes. Et hee sunt relationes uel proprietates que se
 habent ad Personas aliquo modo sicut forme ad totum
 constitutum; quare etc. AUGUSTINUS autem et DAMASCENUS in
 preallegatis autoritatibus dicunt Personas distingui per origines 210
 attendentes ad rem et non ad proprietatem locutionis.

[15] Set adhuc restat dubium, cum paternitas uel filiatio possit
 considerari ut proprietas uel ut relatio, sub qua ratione habent
 constituere et distinguere, utrum sub ratione relationis an sub ratione
 proprietatis. Et uidetur QUIBUSDAM quod sub ratione proprietatis et 215
 nullo modo sub ratione relationis, tum quia relatio ut relatio
 supponit fundamentum, ut prius arguebatur, et sic relationes diuine
 supponunt orgines et | per consequens Personas distinctas; tum quia 217rb
 relatio ut relatio non habet nisi referri ad illud cuius est relatio non
 constituere, set hoc fit in quantum est proprietas, et sic preintelligitur 220
 in emanationibus.

196 omnia...processionem] cf. Ioh. Damasc., *De fide orthodox.*, 2 (14, 22-24)

[16] Set istud non uidetur bene dictum, quia ratio `relationis` et ratio
`proprietas` uel distinguuntur ex supposito uel se habent sicut
superius et inferius. Si distinguuntur ex supposito, tunc est falsum
225 dicere quod Persona diuina constituatur per aliquid sub ratione
`proprietas`, quia si ratio `proprietas` opponitur rationi
`relationis`, ratio `proprietas` est ratio absoluta; set impossibile est
intelligere uere quod suppositum diuinum sit constitutum per aliquid
sub ratione absoluta; ergo etc. Si uero se habent sicut superius et
230 inferius, ita scilicet quod `proprietas` dicat aliquid commune ad
formam absolutam et relatam, sic iterum falsum est dicere quod ratio
`proprietas` sit ratio constitutiva et non ratio `relationis`, quia
superius licet non includat actu suum inferius, tamen non excludit
ipsum nisi ponendo oppositum, sicut `esse animal` licet non includat
235 `rationale`, tamen non excludit nisi ponendo `irrationale`. Si ergo
ratio `proprietas` sit aliquid commune ad rationem `relationis` et
`forme absolute`, ponendo quod ratio `proprietas` sit ratio
constitutiva, non excluditur per hoc quod ratio `relationis` non sit
constitutiva, nisi ponendo quod aliquid sub ratione absoluta sit
240 constitutum, quod non possit esse uerum in diuinis. Excluditur
autem per hoc quod dicitur quod relatio sub ratione proprietas est
constitutiva Personae et non sub ratione relationis; ergo male. Item in
creaturis non fit hec distinctio quod rationale uel quecunque forma
absoluta sit constitutiva alicuius rei ut proprietas, et non ut forma
245 absoluta, et si fieret falsa esset; ergo in diuinis non debet dici de
paternitate uel quacunque relatione quod sit constitutiva Personae
inquantum proprietas et non inquantum relatio; et si fiat falsa, est.
Probatur consequentia, quia proprietas est aliquid commune ad
relationem et ad formam absolutam; propter quod eque dicitur fieri
250 descensus sub ipsa ad utrumque siue affirmando siue negando. Item

secundum PHILOSOPHUM II Phisicorum, sicut effectus communis requirit causam communem, sic effectus particularis causam particularem, et hoc secundum omne genus cause. In diuinis autem cum non sit proprie causa et effectus, est tamen ibi principium et quod est ex principio constituens formale et constitutum. 255

[17] Igitur sicut se habet proprietas in communi in constituendo suppositum in communi, sic talis proprietas ad constituendum suppositum. Si ergo ratio `proprietas` est ratio constitutiva suppositi, oportet quod ratio `proprietas` absolute, ut absoluta est, sit constitutiva suppositi absoluti et quod ratio `proprietas` relatiue, ut relatiua est, sit constitutiva suppositi relati. Et ita relatio sub ratione `relationis` habet aliquod suppositum constituere et per consequens distinguere ab alio supposito. 260

[18] Ad rationes alterius opinionis que ponit quod ratio relationis non potest esse constitutiva, respondendum est. Cum enim primo dicitur quod relatio supponit suum fundamentum, concedatur. Et cum dicitur quod origines sunt fundamentum relationum diuinarum, dicendum quod falsum est, et qui intelligit sic falsum intelligit; origines enim non sunt nisi ipsemet relationes, a quo aliud et quod ab alio et non fundamentum earum; illud enim est essentia secunda. Vnde qui preintelligit Personas originibus aut origines relationibus male intelligit; set simul intelligenda est Persona constituta cum sua relatione et origine. 270

[19] Ad aliud cum dicitur quod relatio in quantum relatio nichil habet nisi referre, conceditur. Et cum dicitur "ergo non habet constituere in esse", uerum est nisi illud esse sit referri; set si tale esse sit referri, 275

251 sicut...253 particularem] cf. Arist., *Phys.*, II, 3, 195b25-27

qua ratione habet referre, eadem ratione habet dare tale esse, scilicet
 relatum; esse autem personale in diuinis est relatum; et ideo relatio
 280 sub ratione `relationis` potest constituere Personam diuinam in esse
 personali.

[20] Ad principales rationes respondendum est. Ad primam, cum
 dicitur quod nulla forma distinguit nisi secundum suum genus,
 dicendum quod res unius generis bene potest esse distinctiua rei
 285 alterius generis; unde quantitas et qualitas distingunt substantiam, set
 nunquam distingunt nisi secundum suum genus, quantitas quidem
 quantitatiue, qualitas uero qualitatiue; et eodem modo relatio
 π75va distinguit supposita substantie, set non distinguit ea substantialiter, |
 set tantum relatiue. Ad secundum dicendum quod prima distinctio fit
 290 per prima entia, set in diuinis absoluta non sunt secundum rem
 priora relationibus nec econuerso, ut probatum fuit prius. Et ideo
 distinctio Personarum fit per prima entia dato quod fiat per
 relationes. Vbi aduertendum est quod cum omnis pluralitas
 reducatur ad unitatem prima pluralitas debet esse minima, quia
 295 minus distat ab unitate. Et ideo distinctio Personarum, que est prima,
 fit per relationes compossibiles in eadem essentia et ob hoc est
 minor quacunque distinctione que fit per absoluta.

Questio secunda

Vtrum relationes constituentes Personas sint reales

297 fit] *coni.*: sit π

291 probatum...prius] cf. supra, I, 12, 1 (45ra-46rb) 293 omnis...minima] cf.
 supra, I, 11, 2, [8] et [19] (43rb; 44ra) 2 Vtrum...reales] cf. Thom., *Super Sent.*,
 I, 26, 2, 1 (628-632); *S.th.*, I, 28, 1

- [1] Deinde queritur de relationibus constituentibus Personas utrum sint reales. Et uidetur quod non, quia sicut Deus Pater est Pater Filii per generationem, ita est Pater noster per creationem, Deut. 32°: *Numquid non ipse est Pater tuus* etc.; set paternitas in Deo respectu nostri non ponitur esse relatio realis; ergo nec paternitas in Deo respectu Filii geniti erit relatio realis. 5
- [2] Item relationes que sequuntur operationem anime sunt tantum relationes rationis; set omnes relationes diuine sequuntur operationem anime, intellectus et uoluntatis, quia omnes processiones diuine sunt per modum intellectus uel per modum uoluntatis; ergo etc. 10
- [3] Item BOETIUS dicit in libro suo De Trinitate quod *relatio Patris ad Filium et utriusque ad Spiritum Sanctum est sicut relatio eiusdem ad seipsum*; set hec est relatio relationis tantum, ergo et illa. 15
- [4] In contrarium est quia distinctio in diuinis non est nisi per relationes; si ergo in diuinis non essent relationes reales, sequeretur quod non esset ibi realis distinctio, quod est heresis Sabelliana. 20
- [5] Responsio. Videnda sunt duo: primum est de realitate relationum diuinarum; secundum est de numero et sufficientia notionum, relationum, proprietatum Persone et proprietatum personalium.
- [6] Quantum ad primum patet quod relationes diuine sunt reales, et hoc sic: ubicunque ex natura fundamenti est mutua et necessaria habitudo coexigentie inter extrema relata, ibi est relatio realis ex utraque parte (hoc supponatur nunc, quia probabitur infra distinctione 30^a); set in diuinis ex natura fundamenti, scilicet 25

7 Numquid...tuus] Deut., 32, 6 15 relatio...17 seipsum] cf. Boeth., *De S. Trin.*, 6 (180, 350-352) 27 probabitur...30a] cf. infra, I, 30, 2-3 (83vb-86ra)

essentie diuine [secunde], est mutua et necessario habitudo
 30 coexistentie inter extrema relata, et hanc tenemus fide; ergo in
 diuinis sunt relationes reales ex utraque parte. Set de hoc nunc
 satis, quia infra plene declarabitur unde habet relatio quod sit realis,
 et tunc plenius patebit quod nunc dicitur..

[7] Quantum ad secundum sciendum quod idem secundum rem, ut
 35 paternitas, potest dici `notio`, `relatio`, `proprietas Personae` et
 `personalis proprietas` diuersis tam rationibus. Dicitur enim `notio`
 in quantum est principium deueniendi in notitiam Patris; `relatio`
 autem dicitur in quantum per eam Pater dicitur respectiue ad Filium;
 `proprietas` uero `Personae` in quantum uni Personae tantum conuenit;
 40 `proprietas` autem `personalis` dicitur in quantum est constitutiua
 Personae Patris.

[8] Hiis suppositis sciendum quod quinque sunt notiones et quatuor
 relationes, quatuor proprietates Personae et tres proprietates
 personales. Notiones sunt hee: ingenitum uel innascibilitas,
 45 paternitas, filiatio, communis spiratio et processio. Quarum
 sufficientia potest haberi hoc modo. Ad hoc enim quod aliquid sit
 notio, tria requiruntur: unum est quod dicat aliquid speciale tantum
 uni Personae conueniens uel duabus ita quod non tribus, quia per ea
 que omnibus Personis conueniunt, nulla Persona potest quantum ad
 50 personalia sufficienter notificari; secundum est quod pertineat ad
 originem, quia Personae distinguuntur relationibus originis; tertium
 est quod pertineat ad dignitatem, quia Persona est hypostasis
 distincta proprietate ad dignitatem pertinente. Notio ergo cum
 pertineat ad originem potest significari affirmatiue uel negatiue. Si
 55 affirmatiue, uel dicitur secundum rationem principii ut a quo aliud,

29 secunde] *sed.*

uel secundum rationem eius quod est a principio ut quod ab alio, et
 utrumque horum dicitur secundum quod | sunt due origines in π75vb
 diuinis, scilicet per modum nature et per modum uoluntatis. Notio
 ergo que dicitur secundum rationem principii in origine per modum
 nature est paternitas; que autem dicitur secundum rationem eius 60
 quod est a principio est filiatio. Similiter in origine que est per
 modum uoluntatis notio que dicitur secundum rationem principii
 uocatur `communis spiratio`; que dicitur autem secundum rationem
 eius quod est a principio uocatur `processio`. Si autem significetur 65
 negatiue, uel negatur ratio `principii` uel ratio eius quod est a
 principio. Si negatur ratio `principii` non pertinet ad dignitatem; non
 enim est alicuius dignitatis non esse principium alterius et ideo non
 potest esse notio; propter quod Spiritus Sanctus non habet aliquam
 notionem qua dicatur non esse principium alterius Persone. Si autem 70
 negatur ratio eius quod est a principio, sic est notio Patris, quam
 dicimus `ingenitum` uel `innascibilitatem`, et sic habemus quinque
 notiones prius enumeratas.

[9] Addunt autem QUIDAM sextam notionem, scilicet inspiratum
 quod est notio Filii. Quod probant sic: dignitatis est in omni Persona 75
 non produci illa productione per quam aliam producit; set Filius per
 spirationem producit Spiritus Sanctus; ergo esse inspiratum in Filio
 pertinet ad dignitatem et sic est eius notio. Minor patet. Set maior
 probatur, quia ingenitum ideo est dignitatis in Patre et eius notio,
 quia negat eum produci quacunque productione, eo quod Pater
 producit omni productione; ingenitum enim prout est notio Patris, 80
 est idem quod non esse ab alio, ut patet per AUGUSTINUM XV De
 Trinitate et Ad Orosium capitulo 2^o et habetur distinctione

80 ingenitum..alio] cf. Aug, *De Trin.*, XV, 26, 47 (528, 110 - 529, 115);
 Ps.-Aug, *Dialog. quest.*, 2 (734); Lomb., 124, 4-18

13^a capitulo 5^o. Nec est inconueniens, ut dicunt, addere sextam notionem, quia ab initio non assignabantur quinque. `Ingenitum`
 85 enim non fuit inuentum tempore AMBROSII, ut patet distinctione 28^a capitulo 4^o, nec `spiratio communis` tempore MAGISTRI SENTENTIARUM, ut patet distinctione 29^a capitulo ultimo. Et pari ratione posset nunc sexta addi propter causam que dicta est.

[10] Set istud non uidetur uerum, quia cum nichil producat seipsum, ut habetur. I De Trinitate, in hoc quod est producere uel esse
 90 producentem includitur non esse productum illa productione nec est alterius dignitatis non esse productum tali uel tali productione quam esse producentem secundum illam, ubi hec concurrunt. Et ideo est alia notio. Et quod dicitur de `ingenito` quod est notio Patris, uerum
 95 est, set `ingenitum` non dicit Patrem non esse productum illis productionibus quibus producit, quia tunc `ingenitum` idem esset quod non esse a seipso, set dicit Patrem non esse productum ab aliqua priore Persona et priori productione, et sic dicitur Pater ingenitus, quia non est ab alio.

[11] Quod etiam patet ex alio, quia de ratione primi sunt duo post
 100 quod alia et ante quod nichil; patet ergo secundum quod est prima Persona potest notificari hiis duobus modis, scilicet positue, quia ab ipso sunt alia et sic quasi post ipsum, quia in diuinis non est prius et posterius proprie, et sic notificatur per paternitatem et spirationem
 105 actiuam. Alio modo negatiue, quia non est ab alia persona, et sic notificatur per ingenitum quasi per hoc quod nichil est ante ipsum; ergo nulla notio est Persone producentis quod non sit producta illa productione qua producit. Quod etiam probatur aliter, quia per idem

84 `Ingenitum`...Ambrosii] cf. Lomb., 212, 7-26; Ambr., *De incarn. domin. sacram.*, 8 (264, 1 - 265, 19) 86 nec...Sententiarum] cf. Lomb., 219, 1-18
 89 nichil...seipsum] cf. Aug., *De Trin.*, I, 1, 1 (28, 35-36)

est aliquid quod est, et non est suum oppositum, sicut per idem est
aliquid album et non est nigrum, set producens et productum 110
secundum unam et eandem productionem opponuntur relatiue; ergo
per idem notificatur, ut producens et ut non productum, et non per
aliud uel alia notione.

[12] Quod autem dicitur quod 'ingenitum' non fuit notio Patris
tempore AMBROSII, dicendum quod falsum est, set AMBROSIUS 115
noluit uti propter calumniam hereticorum, uel dato quod non esset
inuentum, res tamen nominis erat sufficiens ratio distincte notionis,
non sic autem est de 'inspirato'. Per idem autem respondendum est
ad id de commune spiratione, quia res nominis erat sufficiens ratio
notionis quam etiam MAGISTER circumloquitur. Per hoc quod dicit 120
Patrem et Filium esse unum principium Spiritus Sancti. Sunt ergo
quinque notiones solum; harum ergo quatuor sunt relationes, scilicet
paternitas, filiatio, communis spiratio et processio. Innascibilitas
enim non est relatio nisi per reductionem et modo quo negatio ad
affirmationem reducitur. Sufficientia autem istarum relationum iam 125
patet ex dictis, quia cum non sint in diuinis nisi due origines et
secundum quamlibet sunt tantum due relationes, scilicet principii et
eius quod est a principio, consequens est quod non sint nisi quatuor
relationes, scilicet ille que dicte sunt et quatuor proprietates |
Personarum, scilicet innascibilitas, paternitas, filiatio et processio. π 76ra 130
Communis enim spiratio non dicitur proprietas Persone, quia
conuenit pluribus Personis, scilicet Patri et Filio, set proprietates
personales sunt tantum tres, scilicet paternitas, filiatio et processio.
Innascibilitas enim, ut infra patebit, licet conueniat soli Persone
Patris, tamen non est eius constitutiua; propter quod non dicitur 135

116 noluit...hereticorum] cf. Lomb., 217, 23-24

proprietas personalis.

[13] Ad primum argumentum dicendum quod non est simile de paternitate per creationem et de paternitate per generationem, quia essentia diuina est fundamentum paternitatis per creationem, uel
 140 aliud, quodcumque sit illud, non ponit in Deo necessariam
 145 creaturam. Et ideo non est realis relatio ex parte Dei, set essentia diuina ex natura sue secunditatis ponit in Patre naturalem et necessariam habitudinem coexigendi Filium; propter quod est realis relatio paternitatis respectu Filii et non respectu
 145 creaturarum.

[14] Ad secundum dicendum quod argumentum procedit ex falsa ymaginatione, scilicet quod Filius procedat per actum intellectus et Spiritus Sanctus per actum uoluntatis, quod non est uerum, ut probatum fuit supra distinctione 6^a; set esto quod sic esset, adhuc
 150 non ualet argumentum, quia licet relationes que sequuntur operationem anime circa res intellectas aut uolitas sint relationes rationis, tamen quia eas ratio adinuenit, tamen relationes que sequuntur operationem anime, non inter res intellectas et uolitas, set inter res in intellectu et uoluntate existentes, sicut inter Verbum et
 155 illud a quo procedit et inter Amorem et id a quo procedit eque reales sunt, sicut quecumque alie que fundantur in natura producentis et producti et tales essent relationes diuine.

[15] Ad tertium dicendum quod dictum BOETII quantum ad hoc ueritatem habet quod sicut in relatione eiusdem ad seipsum non
 160 plurificatur fundamentum, sic nec in relationibus diuinis, quantumcunque oppositis uel disparatis, set dissimilitudo est, quia extrema relationum diuinarum sunt diuersa realiter et necessariam

149 probatum...6a] cf. supra, I, 6, 2 (31ra-32ra)

habitudinem coexigente habent inter se, propter quod sunt reales, in relatione autem eiusdem ad seipsum non est primum nec per consequens secundum, quia idem non coexigit proprie seipsum.

Distinctio 27^a

Sententia huius distinctionis primo in generali

- 5 [1] *Hic potest queri* etc. Superius determinavit MAGISTER de proprietatibus personalibus secundum se; hic determinat de eis in comparatione ad Personas. Et diuiditur in tres: primo enim ostendit quid nomina personalia predicta designant; secundo ostendit quod inueniuntur alia nomina predictas proprietates designantia; tertio subiungit regulam generalem ad cognoscendum nomina personalia.
- 10 Secunda ibi: *Hic non <est> pretermittendum*. Tertia ibi: *Et hic est aduertendum*. Prima diuiditur in tres: primo mouet dubitationem suam circa principale intentum; secundo opponit ad alteram partem; tertio soluit. Secunda ibi: *Videtur quod non sint eadem*. Tertia ibi: *Ad quod sine preiudicio*. Tertia uero pars principalis, in qua ponit regulam diuiditur,
- 15 in tres: primo proponit regulam quam intendit; secundo circa illam mouet dubitationem suam et soluit; tertio ex solutione dubitationis elicit quandam aliam conclusionem. Secunda ibi: *Hic queritur cum dicitur*. Tertia ibi: *Et sciendum est quod*. Hec est diuisio communis in generali.
- 20 [2] In speciali uero sic procedit MAGISTER. Et primo querit utrum eadem sit proprietas que importatur nomine `Fili' et `filiationis' et `generationis'; quod IPSE proponit sub hiis uerbis, utrum idem sit Patrem esse et genuisse Filium, et utrum sit idem Filium esse et

10 non est] *scr. cum Lombardo*: enim π 11 aduertendum] aduertenda π
19 generali] *scr.*: generali π

4 Hic...queri] Lomb., 203, 16 | Superius...se] cf. Lomb., 196, 26 - 203, 12
10 Hic...pretermittendum] Lomb., 206, 8 | Et...aduertendum] Lomb., 207, 20
13 Videtur...eedem] Lomb., 203, 24 | Ad...preiudicio] Lomb., 204, 8
17 Hic...dicitur] Lomb., 208, 2-3 18 Et...quod] Lomb., 208, 23 20 Et...24
Patre] cf. Lomb., 203, 15-22

natum esse a Patre. Postea opponit quod non, quia essentia diuina
 est Pater et tamen non genuit Filium; ergo non idem est esse Patrem 25
 et genuisse Filium. Deinde respondet et dicit quod eadem proprietas
 omnibus designatur sub diuersis tamen rationibus, nominibus uero
 proprietatum designantur uel ipse proprietates secundum se, ut
 nomine `paternitatis` et `filiationis`, uel actus ipsarum proprietatum,
 ut nomine `generationis`, propter quam diuersitatem nominis potest 30
 `Pater` de essentia diuina predicari, non tamen generare. Subdit
 etiam quod proprietates singulis Personis conueniunt et per easdem
 Persone determinantur et diffiniuntur, manente tamen omnino
 unitate nature sine confusione Personarum, quia `proprietates`
 modum quendam essentie dicunt. Postea dicit quod quedam sunt 35
 alia nomina a predictis que ad proprietates pertinent Personarum, ut
 `genitor`, `genitus`, `Verbum` et `Filius`, que omnia relatiue
 dicuntur. Et postea ponit regulam dicens quod nomina que ad
 substantiam pertinent in diuinis non conueniunt uni soli. Deinde ex
 hoc mouet quandam dubitationem dicens: "Cum enim nomen 40
 deitatis ad substantia pertineat, quare esse Deum de Deo non
 predicatur de omnibus Personis?" Et respondet quod locutio est
 falsa, quia ibi nomen substantiam significans stat pro relatiuo, scilicet
 Persona Filii. Vltimo dicit quod licet nomen substantiale stet pro
 Persona, tamen talis modus predicandi non recipit nisi in nominibus 45
 ad substantiam pertinentibus; unde non dicitur "Verbum de Verbo",
 set "Deus de Deo". Et in hoc terminatur sententia in speciali.

45 recipit] *an scrib.* recipitur?

24 Postea...26 Filium] cf. Lomb., 203, 23 - 204, 6 26 Deinde...35 dicunt] cf.
 Lomb., 204, 8 - 206, 6 35 Postea...38 dicuntur] cf. Lomb., 206, 8 - 207, 16
 38 Et...soli] cf. Lomb., 207, 20-26 39 Deinde...44 Filii] cf. Lomb., 208, 2-21
 44 Vltimo...47 Deo] cf. Lomb., 208, 23 - 209, 6

Questio prima

Vtrum actus notionales sint priores relationibus

- [1] Circa distinctionem istam queruntur duo: primum est de
 5 comparatione proprietatum relatiuarum ad actus notionales quid
 eorum sit prius secundum rationem intelligendi. Et uidetur quod
 actus notionales, quia uia preintelligitur termino; set *generatio est uia ad*
genitum, ergo precedit ipsum, quare et proprietatem relatiuam
 constituentem genitum.
- 10 [2] Item MAGISTER dicit in litera et accipit ab AUGUSTINO quod
 Pater est Pater, quia genuit; quod non esset, nisi genuisse secundum
 rationem prederet paternitatem; ergo etc.
- [3] In contrarium est quia suppositum preintelligitur actui ab ipso
 procedenti; set generare est actus procedens a supposito Patris; ergo
 15 suppositum Patris preintelligitur constitutum antequam generet;
 constituitur autem per paternitatem; ergo etc.
- [4] Responsio. Primo ponende sunt quedam distinctiones necessarie
 ad propositum et deinde secundum illas procedetur ad solutionem
 questionis.
- 20 [5] Quantum ad primum sciendum quod aliquid potest preintelligi
 alteri dupliciter: uno modo, quia potest intelligi altero non intellecto,
 set non econuerso, sicut `animal` potest intelligi non intellecto
 `homine`, set `homo` non potest intelligi non intellecto `animali`; et
 hoc modo quando aliquid preintelligitur alteri, actus intelligendi cadit

2 Vtrum...relationibus] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 27, 1, 2 (650-652); *S.th.*, I, 40, 4
 7 generatio...genitum] cf. Arist., *Phys.*, II, 1, 193b13 11 Pater¹...genuit] cf.
 Lomb., 203, 19-20; Aug., *De Trin.*, V, 14, 15 (222, 1-3)

solum super unum, quod tamen dicitur preintelligi secundum illum 25
 modum quo dicitur quod illud est prius a quo non conuertitur
 consequentia. Alio modo dicitur aliquid preintelligi alteri quando
 actu intellectus cadit super utrumque et dicit unum esse prius altero
 uel secundum rationem uel ratione uel secundum rem, sicut
 intelligimus substantiam esse priorem natura suo accidente uel 30
 iuuentutem esse priorem senectute, secundum rationem uero, sicut
 dicimus intellectum diuinum precedere uoluntatem. Et hec sit prima
 distinctio.

[6] Secundum est quod proprietas relatiua potest considerari ut
 constitutiua uel ut relatiua. Tertium est quod illud potest esse in 35
 generali uel in speciali: in generali, sicut intelligimus diuinum
 suppositum constitutum per aliquam proprietatem constituentem
 ipsum, uel in speciali, sicut intelligendo Patrem esse constitutum per
 paternitatem, que est eius proprietas constitutiua et nichilominus
 relatiua. 40

[7] Hiis suppositis dico ad questionem, cum queritur utrum actus
 notionales preintelligantur proprietatibus relatiuis uel econuerso, aut
 queritur de prioritate primo modo, scilicet utrum aliquid ita possit
 intelligi altero non intellecto et non econuerso, et tunc dico quod
 proprietas considerata ut constitutiua in generali prior est secundum 45
 intellectum actibus notionalibus et seipsa ut est relatio. Cuius ratio
 est quia, ut dictum fuit prius, illud quod est commune et in plus
 potest intelligi sine eo quod est speciale et in minus; set esse
 constitutum in esse personali est commune et in plus quam esse
 constitutum per relationem et quam esse producat uel constitutum 50
 producti; ergo aliquid in diuinis potest intelligi ut constitutum in esse
 suppositum absque hoc quod intelligatur producat uel productum
 uel relatum; hoc autem est preintelligi secundum primum modum;

ergo proprietates ut constitutiue precedunt secundum intellectum
 55 actus notionales et seipsas ut relate sunt. Si autem proprietas
 accipiatur in speciali, ut paternitas, sic dicendum est quod paternitas
 π76va ut relatio precedit seipsam | ut constitutiua, set actum notionale non
 precedit. Primum patet, quia paternitas non potest intelligi absque
 relationis ratione, potest autem intelligi absque ratione proprietatis
 60 constituentis ipsam; ergo paternitas ut relatio precedit seipsam ut
 constitutiua. Consequentia patet, quia hoc uocatur prius a quo non
 conuertitur consequentia. Probatio minoris, quia nichil potest
 intelligi sine eo quod est de ratione sua indicante quid est et quod
 conuenit ei in primo modo dicendi per se; talia enim sunt de
 65 intellectu rei, sicut `animal` de intellectu `hominis`; set de ratione
 `paternitatis` est relatio et conuenit ei in primo modo dicendi per se.
 Esse autem constitutiuum suppositi non est de ratione `paternitatis`
 nec conuenit ei per se, quia non conuenit omni; ergo impossibile est
 intelligere `paternitatem` in aliquo nisi intelligendo rationem
 70 `relationis`, set bene contingit intelligere `paternitatem` in aliquo non
 intelligendo quod constituat suppositum; quare etc. Nichilominus
 tamen paternitas nec precedit secundum intellectum generationem
 nec econuerso, quia unum non potest preintelligi alio non intellecto.
 [8] Si autem queratur de proprietate secundo modo, scilicet utrum
 75 intellectus possit uere intelligere quod relationes precedant
 secundum rationem actus notionales uel econuerso, sic est duplex
 modus dicendi. Primus est quod actus notionalis potest comparari ad
 id a quo egreditur uel ad id ad quod terminatur, sicut generare et
 generari possunt comparari ad Patrem et ad Filium. Si comparetur ad

70 contingit] *omni.*: conuenit π

56 paternitas²...constitutiua] cf. supra, I, 9, 2 (40vb-41rb)

terminum, sic preintelligitur ipsi uniuersaliter et eius proprietati 80
 constitutiue, quia terminus secundum modum intelligendi sequitur
 illud cuius est terminus; et ideo generatio quocunque modo accepta
 presupponitur secundum intellectum Filio et filiationi. Si autem
 operatio personalis compararetur ad Personam a qua est quasi actiue,
 sic aliquo modo precedit et aliquo modo sequitur; sequitur enim 85
 inquantum relatio, precedit autem tanquam proprietas constitutiua.
 Quod sequatur ut relatio, patet, quia relatiua sunt simul secundum
 modum intelligendi; set filiatio, sicut statim dictum est, sequitur
 secundum modum intelligendi generationem quocunque modo
 acceptam; ergo et paternitas, que ei correlatiue correspondet 90
 secundum modum intelligendi generationem, sequitur quocunque
 modo acceptam, saltem inquantum est relatio. Quod autem
 paternitas precedat ipsum generare inquantum est proprietas
 constitutiua, patet, quia, ut arguebatur, operatio presupponit
 suppositum a quo procedit et per eandem rationem presupponit 95
 proprietatem constitutiua illius suppositi ut sic; hoc autem in Patre
 est paternitas; quare etc.

[9] Alius modus dicendi est quod Persona nullo modo potest uero
 intellectu intelligi prius constituta quam producens et quam relata, ita
 quod actus intelligendi cadat super utrumque, dicendo unum esse 100
 prius secundum rationem et reliquum posterius, quia intellectus
 apprehendens Personam prius esse constitutam quam producentem
 uel relataam apprehendit eam constitutam per rationem absolutam;
 set hec apprehensio est falsa; ergo etc. Probatio maioris, quia
 intellectus apprehendens rem prius esse constitutam quam relataam 105
 excludit a constitutione Persone [per] rationem relataam, quia dicit

106 per] *sed.*

eam esse posteriorem ratione constituyente et rationem constituentem
 esse priorem; ratio autem prioris excludit formaliter rationem
 posterioris et non econuerso; set qui excludit rationem relate ponit
 110 rationem absolutam; ergo per exclusionem rationis relate ponitur
 formaliter intellectus rationis absosute. Quod autem excludens
 rationem relate ponat intellectum rationis absolute, patet, quia,
 sicut dictum fuit supra distinctione 9^a questione 2^a, licet aliquid
 possit intelligi sub ratione communi non intellecta ratione particulari
 115 sub ipso contenta, sicut aliquid potest intelligi esse animal non
 intelligendo quod sit rationale uel irrationale, tamen ex quo sub
 communi unum diuidentium excluditur formaliter et expresse, aliud
 includitur formaliter et expresse; qui enim intelligit aliquid esse
 animal et non irrationale formaliter intelligit illud esse animal
 120 rationale. Cum igitur ratio proprietatis constituentis sit in plus quam
 ratio absoluta uel relata ac per hoc, ut QUIBUSDAM uidetur, possit
 aliquid intelligi constitutum non intellecto quod sit absolutum uel
 relatum, ita quod actus intelligendi cadat super relationem
 excludendo eam a constitutione suppositi, necessario intelligitur
 125 suppositum constitutum per rationem absolutam. Patet ergo
 consequentia, scilicet quod qui intelligit | Personam diuinam prius
 constitutam quam relate, intelligit eam esse constitutam per
 proprietatem absolutam; qui intellectus est falsus; propter quod
 dicunt ISTI quod nullo modo uero intellectu possunt preintelligi
 130 Persone constitute, deinde relate, actu intelligendi cadente super
 utrumque et dicente unum esse prius secundum rationem quam
 alterum.

113 dictum...supra] cf. supra, I, 9, 2, [7] (40vb-41ra)

[10] Ex quo patet quod nunquam possunt preintelligi relationes emanationibus. Patet, quia neque ut relationes, ut de se patet, neque ut constitutiue Personarum, quia, ut iam probatum est, Persona non potest intelligi prius constituta quam relata; ergo si relatio ut relatio non precedit emanationes, consequens quod ipsa non precedat ut constituens; ergo relationes nullo modo precedunt emanationes. 135

[11] Item nec emanationes possunt preintelligi relationibus. Et hoc clarum est comparando emanationem ad Personam a qua est, ut generare est a Patre, quia generare non potest preintelligi constitutioni Persone generantis, quia generare non potest esse nisi entis in actu; ergo generare non potest preintelligi proprietati constitutiui, set proprietas constituens non potest preintelligi relationi ut relatio, sicut fuit probatum; ergo generare non precedit proprietatem Patris, neque ut est constituens neque ut est relatio. Si autem comparetur emanatio ad Personam ad quam terminatur, ut generari ad Filium, sic patet idem, quia generari non potest preintelligi ei quod est generare, set simul sunt secundum intellectum; generare autem simul est cum paternitate, ut probatum est, paternitas autem simul est cum filiatione cum sint relationes opposite; ergo a primo ad ultimum: generari simul est cum filiatione ut relatio est, nec potest ei preintelligi ut relatio, et a fortiori non potest ei preintelligi ut est proprietas constitutiua, quia Persona non potest prius intelligi relata quam constituta. Et ideo quod non preintelligitur relationi non preintelligitur constitutioni; igitur secundum ISTOS nec emanationes possunt preintelligi relationibus nec relationes emanationibus. Nec potest Persona uero intellectu intelligi prius constituta quam producens et relata, set simul intelligenda est Persona constituta cum sua origine et relatione. 140 145 150 155 160

[12] Ad primum argumentum dicendum quod in diuinis generari, cum non sint per motum medium, non debent intelligi ut uia quedam inter generantem et genitum, set ut relationes habentium eandem naturam, que sunt a quo aliud et quod ab alio, et hec non
165 possunt preintelligi Personis habentibus eas.

[13] Ad aliud dicendum quod non fuit intentio AUGUSTINI quod genuisse sit prior ratione quam esse Patrem, set potius uoluit identitatem ostendere inter ista, quia consimili modo dicit quod Filius ideo est Filius <quia> genitus, sicut Pater est Pater, quia
170 genuit, dicendo autem quod "Filius, quia genitus" non intendit dare causalitatem, set conuertibilitatem eo quod econuerso dicit quod Filius utique genitus; ergo eodem modo inter esse Patrem et genuisse non intendit dare causalitatem uel originem, set conuertibilitatem.

[14] Ad aliud quod erat in oppositum, cum dicitur quod suppositum preintelligitur actu ab ipso procedenti, dicendum quod uerum est de
175 supposito absoluto, non autem de supposito quod constituitur relatione originis, ut est suppositum diuinum; tale enim debet simul intelligi constitutum et originans uel originatum uel relatam, et non unum prius quam alterum.

180

Questio secunda

Quid est uerbum in nobis

[1] Postea queritur de uerbo, et primo de uerbo mentis nostre et
5 secundo de Verbo in diuinis. Quantum ad primum queritur quid sit

169 quia¹] *suppl.:* om. π

2 Quid...nobis] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 27, 2, 1 (653-656); *S.th.*, I, 34, 1

uerbum in nobis, utrum sit ipsemet actus intelligendi an sit aliqua forma producta in qua quasi in quodam speculo cognoscatur ueritas de rebus exterioribus. Et arguitur quod sit ipsemet actus intelligendi, primo per AUGUSTINUM, qui dicit IX De Trinitate capitulo 10^o quod *uerbum est cum amore notitia*; set `notitia` dicit actum intelligendi; 10 ergo et `uerbum`.

[2] Item uerbo intellectus correspondet amor uoluntatis, ut patet ex precedente autoritate; set `amor` dicit actum amandi; ergo `uerbum` dicit actum intelligendi.

[3] In contrarium arguitur quia, sicut est in sensu, ita suo modo est in intellectu; set in sensu est dare | formam in qua res cognoscitur, nec est notitia rei; ergo similiter est <in> intellectu; illa autem forma dicitur esse uerbum; ergo etc. Probatio minoris, quia secundum PHILOSOPHUM in libro De memoria et reminiscentia quandoque homo utitur ymagine existente in sensu siue tali ydolo ut medio ducente in cognitionem alterius, quandoque ut re cognita, sicut quando in somnis apprehendunt homines ipsas ymagines ut quasdam res. Hoc autem non esset nisi in sensu esset dare aliquod ydolum quod non est notitia rei, set est ymago in qua res cognoscitur; ergo etc. 15
π77ra 20

[4] Item respectu complexorum omnis actus intelligendi uidetur esse uel dubitare uel assentire uel dissentire; set conceptus mentis, accipiendo `conceptum mentis` pro uerbo, nullum est istorum; ergo etc. Maior uidetur esse probabilis. Probatio minoris, quia illud quod stat cum quolibet istorum non est aliquod istorum, quia unum 25 30

17 in] *suppl.*: om π

10 uerbum...notitia] Aug, *De Trin.*, IX, 10, 15 (307, 29-30) 20 quandoque...23 res] cf. Arist., *De mem.*, 1, 450b24-27; Thom., *Sent. libri De sensu*, II, 3 (115, 184-192)

istorum non stat cum alio, quia pure dubitans non assentit nec
 dissentit nec assentiens dissentit uel econuerso; set similis conceptus
 mentis stat cum quolibet istorum (nam in formando conceptum
 quem ista propositio significat, scilicet quod stelle sint pares uel quod
 35 stelle sint impares, contingit dubitare, quandoque assentire,
 quandoque dissentire); ergo etc.

[5] Item circa idem complexum similem conceptum format ille qui
 dissentiendo errat et ille qui assentiendo scit; uerbi gratia ille qui
 credit primam causam non esse errando et ille qui scit primam esse
 40 ueritatem attingendo format similem conceptum de complexo cui
 assentitur uel dissentitur, scilicet de natura prime cause; set opinio
 erronea et scientifica notitia non sunt similes actus intelligendi; ergo
 conceptus non est actus intelligendi qui habetur de re concepta.

[6] Responso. Videnda sunt duo: primum quot modis dicitur
 45 uerbum; secundum quid sit uerbum in nobis.

[7] Quantum ad primum sciendum est quod `uerbum´ dicitur
 quadrupliciter: uno modo illud quod est exterius prolatum, quod est
 significatum eius quod ab intellectu concipitur secundum quod
 homo dicitur loqui alteri. Alio modo dicitur `uerbum´ conceptus
 50 intellectus, secundum quem conceptum dicimus hominem
 cogitantem sibiipsi loqui, et istud dicitur `uerbum mentis´, sicut
 primum dicitur `uerbum uocis´. Set quia uolens uerbum formare
 exterius preconcepit illud per ymaginationem, ideo dicitur tertio
 modo `uerbum´ actus ymaginationis quo concipimus uocem
 55 exteriorem sic uel sic formari antequam formemus; inter hec autem
 uerbum mentis dicitur propriissime `uerbum´ (uox enim exterior
 non dicitur `uerbum´, nisi quia significat conceptum intellectus uel

35 contingit] *coni.*: conuenit π 46 Quantum] *quam* π 47 quadrupliciter]
 quadupliciter π

rem per intellectum conceptam, unde et uocem non significatiuam non dicimus `uerbum`); uerbum etiam ymaginationis dicitur `uerbum` per habitudinem ad uerbum exterius prolatum; et ideo a primo ad ultimum: uerbum ymaginationis habet attributionem ad uerbum mentis. Quarto autem modo dicitur `uerbum` figuratiue, scilicet illud quod per uerbum significatur, ut in Psalmo: *Ignis, grando* etc. *que faciunt uerbum eius*; in diuinis autem non est uerbum uocis nec uerbum ymaginationis, set uerbum quod est conceptus mentis. Vnde AUGUSTINUS XV De Trinitate dicit sic: *Quisquis potest intelligere uerbum, non solum antequam sonet, uerum etiam antequam sonorum ymagines cogitatione inuoluantur, iam potest uidere aliquam illius Verbi similitudinem, de quo dictum est: "In principio erat Verbum"*; set notandum quod conceptus mentis non habet rationem `uerbi`, nisi prout induit rationem `manifestatiui`; uerbum enim est quo quis loquitur sibi uel alteri ad manifestandum aliquid. Et sic patet primum.

[8] Quantum ad secundum, scilicet quid sit uerbum in nobis, aduertendum est quod de ratione uerbi nostri mentalis, ut per ipsum manu-ducimur in cognitionem Verbi diuini, prima facie uidetur esse quod sit aliquid existens subiectiue in intellectu nostro. Ex hoc enim arguimus Filium Dei, qui dicitur Verbum Patris, esse eundem cum Patre essentialiter, quia scilicet uerbum est in intellectu; quicquid autem est in Deo est Deus. Ex hoc patet quod ILLI insufficienter dicunt qui dicunt quod uerbum est ipsamet quidditas rei intellecta modo diffinitiuo, que solum habet ad intellectum obiectiue nec est in intellectu subiectiue, ita scilicet quod sicut [est] esse uniuersale

83 est] *sæd.*

63 *Ignis grando*] cf. *Ps.* 148, 8 67 *Quisquis...69 Verbum*] cf. *Aug., De Trin., XV, 10, 19* (485, 64-71); *Ioh., 1, 1*

85 competit rei per hoc quod intelligitur absque conditionibus
 indiuiduantibus et non per aliquid quod sit in ipsa re subiectiue, ita
 esse uerbum conuenit rei per hoc quod intelligitur modo expresso
 π77rb uel diffinitiuo. Istud enim non uidetur conueniens, | tum quia
 manifeste est contra dictum AUGUSTINI XV De Trinitate, qui
 dicit quod *uerbum est formata cogitatio*; formata autem cogitatio non est
 90 res extra obiectiue intellecta, set est aliquid existens subiectiue in
 intellectu, tum quia uerbum est in dicente uel a dicente; set res
 exterior non est a dicente nec in dicente; ergo ipsa non est uerbum.
 Tenendum est ergo quod uerbum pertinet ad intellectum, non
 obiectiue tantum, set sicut illud cuius entitas tota est in intellectu
 95 subiectiue. Et si qua autoritas AUGUSTINI inueniatur hoc sonare,
 sicut est illa quod uerbum exterius significat uerbum interius, constat
 autem quod illud quod significatur per uerbum exterius est res
 obiectiue intellecta, et uidetur quod ipsa sit uerbum, exponenda est,
 quia, sicut dicit ARISTOTILES I Perihermenias quod *uoces sunt*
 100 *signa passionum que sunt in anima*, et tamen uoces significant res non
 passiones, set hoc pro tanto dicitur, quia res non significatur per
 uocem, nisi prout apprehenditur ab anima, sic AUGUSTINUS dicit
 quod uerbum exterius significat uerbum interius, quia res exterior
 non significatur per uerbum exterius, nisi prout declaratur apud
 105 intellectum per uerbum interius.
 [9] Patet ergo quod uerbum pertinet ad intellectum subiectiue uel
 quasi subiectiue. Cum ergo in intellectu sint secundum omnes

89 cogitatio¹] *scr. cum Augustino: cognitio π*

89 uerbum...cogitatio] Aug, *De Trin.*, XV, 10, 19 (486, 76)

96 uerbum¹...interius] cf. Aug, *De Trin.*, XV, 11, 20 (486, 1-2)

99 uoces...anima] cf. Arist., *De interpr.*, 1, 16a3-4; *Aut. Ar.*, 32, 1 (304, 27-29)

103 uerbum¹...interius] cf. Aug, *De Trin.*, XV, 11, 20 (486, 1-2)

habitus et actus et preter hoc sit ibi secundum QUOSDAM duplex
 forma, una que imprimatur in intellectu, scilicet species intelligibilis,
 que precedit omnem actum intelligendi, alia quam intellectus iam 110
 factus in actu format de re intellecta, sicut formando conceptum
 diffinitivum, siue enuntiativum, inquirendum est quid eorum sit
 uerbum; et patet statim quod uerbum non est habitus aut species
 intelligibilis impressa, quia tam habitus quam species intelligibilis
 secundum PONENTES ipsa manent apud intellectum dum actu non 115
 considerat uerbum, aut non nisi in intellectu actu considerante;
 ergo uerbum non est habitus nec species intelligibilis impressa.
 Restat ergo quod sit actus intelligendi uel forme quam intellectus in
 actu format de re intellecta, que deinceps uocetur forma expressa.
 [10] Et secundum hoc sunt due opiniones: una que ponit quod 120
 uerbum est forma expressa. Ad cuius opinionis intelligentiam
 sciendum est, quod secundum ISTOS duo sunt de ratione uerbi:
 unum est quod sit representativum rei principaliter intellecte; aliud
 est quod sit per actum dicendi productum; dicere autem est actus
 intelligentis secundum quod intelligens; propter quod uerbum est 125
 aliquid productum per actum intelligentis quod est representativum
 rei principaliter [in] intellecte. Ex hoc sic arguitur: uerbum est aliquid
 per actum intelligentis productum, quod est rei principaliter intellecte
 representativum; hoc autem non potest esse aliquis actus intelligendi,
 ut probant; ergo est aliqua forma per actum intelligentis producta. 130
 Quod autem non possit esse aliquis actus intelligendi, probatur sic:
 illud quod est subiectum intellectus secundum rectam cognitionem et
 non reflexam non potest esse actus intellectus, sicut ipsum
 intelligere, et hoc modo statim patet, quia intellectus non intelligit

115 ipsa] *coni.*: ipsas π 127 in] *sed.*

135 actum suum primo et directe, set solum actu reflexo; set uerbum est
 obiectum intellectus secundum rectam cognitionem et non reflexam;
 igitur etc. Minor declaratur, quia illud quod est ratio cognoscendi
 alterum, sicut ymago uel forma specularis se habet ad intellectum
 sicut obiectum, licet non principale, ut in quo sistat intellectus, set
 140 sicut aliquid cognitum ducens ulterius in cognitionem alterius
 principaliter intellecti; set uerbum <est> huiusmodi; propter hoc
 enim formatur in hiis uerbum, ut in ipso tanquam in forma speculari
 uel ymagine expresse rem representante intellectus intueatur rem
 cuius est uerbum; ergo uerbum est obiectum intellectus in actu recto;
 145 non est ergo actus intelligendi, set forma per actum intelligentis
 producta in qua res principaliter intellecta expresse representatur et
 per quam cognoscitur. Necessitate autem ponendi talem formam,
 que dicitur `uerbum` secundum ISTOS, est ut res intelligatur perfecte
 et expresse modo diffinitiuo uel enuntiatiuo; propter intelligere enim
 150 confusum et simplex antequam formetur de re diffinitio uel
 enuntiatio non oportet ponere uerbum, quia ad hoc sufficit
 representatio per speciem intelligibilem uel in phantasmate cum
 actione intellectus agentis, set propter intelligere et expressum et
 perfectum requiritur uerbum, quia ad causandum tale intelligere
 π77va intellectus | agens cum specie non sufficit sine cooperatione uerbi,
 ita quod uerbum non solum est obiecti principalis representatiuum,
 set est causa uel concausa intellectionis expresse, sicut species
 intelligibilis ponitur a QUIBUSDAM causa uel concausa intellectionis
 prime confuse.

160 [11] Hec est opinio que in summa ponit tria: primum est quod
 uerbum est quedam forma que non est aliquis actus intelligendi, set

141 est] *suppl.: om. π*

est producta per actum intelligentis qui est dicere; secundum est quod uerbum est obiectum intellectus, licet non principale, set sicut forma specularis uel ymago principalis obiecti representatiua; tertium est quod uerbum est finaliter propter cognitionem perfectam et expressam habendam, cuius tamen uerbum est causa uel concausa effectiue, et hec bene se compatiuntur, quia cause sunt sibi inuicem cause finis, efficientis et econuerso, ut patet ex II *Phisicorum*.

[12] Primum istorum non puto esse uerum, scilicet quod per quemcunque actum intelligentis, siue ille actus sit intelligere siue dicere siue aliter qualitercunque nominetur, producatu aliqua forma in intellectu que non sit actus intelligendi. Quod patet primo ex natura operationis manentis intra sic: per operationem intra manentem nichil constituitur uel producitur; set intelligere uel dicere intelligibile sunt operationes intra manentes; ergo per eas nichil constituitur uel producitur. Maior patet ex IX *Metaphisice*, ubi PHILOSOPHUS ponit hanc differentiam inter operationes intra manentes et illas que transeunt extra, quia per transeuntes extra semper aliquid constituitur, set per intra manentes nichil. Minor de se patet; quare etc.

[13] Ad hoc QUIDAM dicunt ad maiorem quod aliquid produci per alterum dupliciter potest intelligi: uno modo sicut per actionem que est productio ipsius, sicut per calefactionem producitur calidum uel calor in calefacto; et isto modo non producitur aliquid per operationem manentem, quia operatio manens non est in producere; nam omne producere est operatio transiens. Alio modo

176 ergo] *sr.*: ego π

167 cause...econuerso] cf. Arist., *Phys.*, II, 7, 198a24-26 178 ponit...180 nichil] cf. Arist., *Metaph.*, IX, 8, 1050a30-b1; *Auct. Ar.*, 1, 226 (134, 96-99)

potest dici aliquid produci per alterum sicut per hoc quod habet
 principium actuum, quo producens producit, sicut calidum
 190 calefacit per hoc quod habet caliditatem uel calorem uel per calere,
 ita quod calidum et per calefactionem et per calere calefacit, per
 calefactionem sicut per illud quod dicit formaliter ipsam
 productionem eius, set per calere, sicut per illud quod importat
 agens habere calorem qui est principium per quod agit; et illo
 195 modo omne quod fit fit per operationem manentem, quia omne
 agens agit per aliquod principium formale per quod agens habet
 esse tale formaliter quod pertinet ad operationem manentem
 pertinentem ad principium formale, et ulterius per idem principium
 habere producere aliud quod pertinet ad operationem transeuntem.
 200 Ad probationem, quando dicitur quod sicut operatio transiens se
 habet ad producere etc., dicendum quod uerum est accipiendo hoc
 uerbum formaliter, ut sit sensus quod sicut omnis operatio
 transiens est formaliter producere, ita nulla operatio manens dicit
 ipsum producere formaliter, licet dicat habere principium per quod
 205 producens producit; sic etiam dicunt in proposito quod licet
 intelligere non dicat formaliter dicere uel producere uerbum, tamen
 dicit habere actum per quem mens mouet se ad uerbum
 producendum, siue uerbum sit actus intelligendi siue aliquid aliud,
 quod quidem producere est dicere. Quod autem per intelligere
 210 conueniat alicui agere et similiter per uelle, sicut per illud per quod
 agens agit, siue sicut per illud quod importat habere principium per
 quod agens agit, faciliter patet; nam dicimus aliquas causas agere
 per intellectum et uoluntatem. Tunc ergo quero aut `intellectus`
 accipitur pro potentia uel pro habitu uel pro actu. Si accipiatur pro
 215 potentia uel pro habitu, contra quia tunc non intelligens ageret ita
 per intellectum et uoluntatem sicut intelligens et uolens, quia in

non intelligente potest esse potentia et habitus; et similiter posset agere per intellectum et uoluntatem dormiens sicut et uigilans, quod est manifeste falsum; relinquatur ergo quod per actum intelligendi et uolendi agens per intellectum et uoluntatem agat, et sic per operationem manentem competit alicui agere, non sicut per illud quod dicat formaliter ipsam actionem, set sicut per principium actuum siue per habere principium agendi. 220

[14] Hec autem responsio non uidetur ualere propter multa. Primum est quia expresse contradicit ARISTOTILI IX Methaphisice, ubi dicit sic: *Vltimum uisus est uisio et preter hanc nullum fit alterum a | uisu opus*, in quo assignat differentiam inter potentiam uisuiam et edificationem, cuius opus est edificatio et preter edificationem domus. Et concludit quod *quorum non est aliquid opus preter actionem, in ipsis existit actio, ut uisio in uidente et speculatio in speculante*. Ecce quam expresse dicit quod a speculatione et a uisione nichil alterum fit quocunque modo, quia negat fieri in uisu uel intellectu quocunque aliud opus preter speculationem et uisionem, quas ibi uocat `actiones` quamuis improprie. Secundo deficit ista responsio in hoc quod dicit quod per operationem intra manentem nichil producitur tanquam per actionem que sit productio, tamen quicquid producitur producitur per operationem intra manentem tanquam per principium quo producens producit, quia omne agens *agit per formam*, que dat ei tale esse formaliter quod pertinet ad operationem intra manentem, quia omne *esse* quod *dat formam* subiecto potest dici operatio immanens, ut calere et albere. Istud enim non uidetur bene dictum, 225
π77vb
230
235
240

240 forma] *coni.*: formā π

226 Vltimum...230 speculante] cf. Arist., *Metaph.*, IX, 8, 1050a23-36 (transl. Guill.) 238 omne...formam] cf. *Auct. Ar.*, 6, 251 (194, 13) 240 esse...forma] cf. *Auct. Ar.*, 1, 189 (130, 14)

quia quamuis omne quod producitur producat per aliquam
 formam agentis, tamen uocare omnem formam agentis uel tale esse
 dat quod suo forma subiecto `operationem immanentem` non est
 245 congruum nec rationi consonum nec secundum mentem
 PHILOSOPHI nec communiter loquentium; non enim consueuerunt
 uocari `operationes immanentes` nisi actus anime qui secundum
 rationem tendunt in sua obiecta, sicut operationes transeuntes
 tendunt secundum rem in sua passa causando in eis realem effectum.
 250 Quod autem a talibus operationibus anime que sole consueuerunt
 dici `operationes immanentes` producat quicquid producitur, est
 manifeste falsum. Quod etiam aliquid per eas producat tanquam
 per principia quibus agentia agunt, est assumere quod queritur, et
 illud cuius oppositum manifeste dicit PHILOSOPHUS in autoritate
 255 prius allegata.
 [15] Ratio autem per quam probant quod per intelligere aut uelle
 aliquid producat, in nullo tangit propositum propter tria. Primum
 est quia nos querimus utrum per intelligere et uelle fiat aliqua forma
 in intellectu et uoluntate. Illa autem ratio non probat quod aliqua
 260 talis fiat, set solum quod intelligere et uelle sunt principia aliquorum
 actuum exteriorum qui subiacent imperio intellectus et uoluntatis.
 Secundum est quod respectu actuum exteriorum et uelle non habent
 rationem principii dantis formam, set solum per modum applicantis
 actiua passiuus; unde opera artis, que dicuntur fieri per intellectum et
 265 uoluntatem, non fiunt nisi mediantibus organis corporis, que
 obediunt intellectui et uoluntati ad nutum, set intelligere et uelle
 nullam aliam formam imprimunt. Nos autem querimus utrum
 intellectio sit principium productiuum alicuius forme. Tertium est
 quia actio intellectus et uoluntatis, prout distinguitur contra actionem

nature, est actio libera circa obiectum precognitum et uolitum; set
 productio uerbi, si uerbum sit forma exemplaris obiecti non est
 libera nec circa obiectum precognitum et uolitum; ergo non est actio
 intellectus eo modo quo ISTI dicunt. Maior patet. Minor probatur,
 quia si uerbum esset precognitum ab intellectu prius quam
 productum, cum in uerbo cognito cognoscantur res clare, sequeretur
 quod ante formationem uerbi cognosceretur res cuius est uerbum
 clare et manifeste, et sic postea frustra formaretur uerbum; non est
 ergo uerum quod uerbum sit precognitum ante suam formationem et
 per consequens formatio eius non esset libera, quia nichil formatur
 libere nisi precognitum. Patet ergo quod ratio illa in nullo tangit
 propositum nostrum nec ratio aliquid ualet. 280

[16] Secundo principaliter arguitur contra illam opinionem sic, quia
 istius conceptus expressi quem TU ponis aut sola species intelligibilis
 est causa aut species cum actu confuso, non sola species intelligibilis,
 quia tunc effectus esset nobilior sua causa nec species simul cum
 actu confuso, quia tunc esset simul duo actus intelligendi, quia simul
 esset actus intelligendi confusus cum specie tali expressa, quia simul
 est causa cum effectu; set cum tali specie expressa est actus
 intelligendi expressus; ergo a primo ad ultimum: cum actu
 intelligendi expresso erit actus intelligendi confusus et sic erunt duo
 actus intelligendi simul et oppositi secundum rationem confusi et
 expressi. 285

[17] Ad hoc respondetur instando quod ista difficultas equaliter
 currit contra PONENTES uerbum esse actum intelligendi expressum,
 sicut contra PONENTES uerbum esse formam productam per actum
 intelligendi confusum, quia omnes concedunt | quod ad actum
 295
 π78ra

270 uolitum] *oni.*: nolitum π 277 sic] *oni.*: si π

intelligendi expressum attingitur mediante actu intelligendi confuso
 et per consequens actus intelligendi confusus est causa eius
 qualitercunque. Ex quo sequitur hic sicut ibi quod simul erunt sicut
 300 causa et effectus. Dicunt ergo soluendo ad hanc difficultatem quod
 intelligere confusum dicitur causare uel uerbum uel intellectionem
 expressam, inquantum obiectum mediante tali actu causat amorem
 talis intellectionis expresse; et amor talis est causa motionis
 fantasmatis, quia quidem motione facta que non fit in instanti
 305 mouetur ulterius intellectus ad uerbum uel expressam notitiam.
 Quando ergo dicitur quod intelligere confusum stat cum uerbo siue
 cum notitia expressa, cum sit causa eius, dicendum quod non oportet
 de eo quod est causa alterius mediante aliquo alio moto; nunc autem
 ita est quod notitia confusa est causa uerbi siue notitie expresse
 310 mediante motione successiue facta in fantasmate.
 [18] Instantia autem illa non ualet, quia non semper peruenitur ad
 cognitionem expressam mediante confusa, quia habens habitum
 scientie proposita conclusione cuius habitum habet statim intelligit
 eam expressam et clare nullo actu confuso precedente; dato etiam
 315 quod actus confusus semper prederet, non propter hoc sequitur
 quod sit causa eius efficiens, quia multe sunt dispositiones subiecti
 quarum una necessario supponit aliam et tamen prima non est
 causa effectiua secunde, sicut in generatione animalis *semen* est *primo*
molle, postea durum, ut dicitur II *Phisicorum*, et tamen
 320 mollities non est causa effectiua duritiei et eodem modo est de actu
 intelligendi confuso et expresso in acquirendo scientiam, et in omni
 eo quod procedit de imperfecto ad perfectum, quia dispositiones

304 fantasmatis] phantasmatis π (*item alibi*)

318 in...durum] cf. Arist., *Phis.*, II, 8, 199b8-9

imperfectiores precedunt perfectiores quas non efficiunt. Per idem patet quod responsio per quam credunt se tollere difficultatem non ualet, quia causa per se mediata uel immediata non potest habere 325
 impossibilitatem cum effectum; set actus intelligendi confusus habet impossibilitatem cum uerbo et cum actu intelligendi expresso; ergo impossibile est quod sit causa per se uerbi uel actus intelligendi expressi, quamuis possit esse dispositio preuia ad aliquod illorum, set non manens cum eo, sicut dictum est de molli 330
 et duro in semine.

[19a] Tertia ratio principalis talis est: sicut se habet intellectus ad intelligere, ita sensus ad sentire; set per sentire nulla forma constituitur in sensu tanquam per productionem nec tanquam per principium productionis; ergo nec per intelligere in intellectu. Et 335
 confirmatur, quia utraque est operatio immanens, quamuis una sit perfectior altera; set magis et minus perfectum non facit quod sit una productiua et non alia, imo si una esset, alia, quamuis productum esset per unam productiuam et perfectius quam productum per aliam. 340

[19b] Quarto patet idem sic: uerbum secundum OMNES non est sine actuali cognitione expressa. Ex hoc sic arguitur: omnis intellectus indigens noua forma ad hoc ut exeat in actum intelligendi, est in potentia essentiali ad intelligere; set si uerbum est forma producta differens ab actu intelligendi et necessaria ad actum 345
 intelligendi expressum, ut ISTI dicunt, tunc omnis intellectus, dum non intelligit in actu, quantumcunque sit perfectus habitibus scientiarum, indigebit noua forma ad hoc ut actu intelligat illa

338 esset] *an supplendum* et? 341 omnes] *omni*.: omne π

350 quorum habet habitum, quia indigebit nouo uerbo; ergo omnis
 intellectus, quantumcunque perfectus habitibus scientiarum, dum
 non intelligit actu, est in potentia, non solum in accidentali, set
 essentiali ad intelligere, quod est manifeste falsum et contra
 PHILOSOPHUM in pluribus locis; ergo impossibile est quod uerbum
 sit aliqua forma differens realiter ab actu intelligendi.
 355 [19c] Secundum quod ponit hec opinio est quod uerbum est
 obiectum intellectus, non quidem principale, set sicut forma
 specularis uel ymago representatiua principalis obiecti. Et istud non
 uidetur uerum: primo, quia obiectum quod est cognitum et ratio
 cognoscendi alterum non potest latere cognoscentem, qui possit
 360 certitudinaliter discernere se cognoscere duo, quorum unum est ratio
 cognoscendi alterum; set nullus cognoscens aliquam rem expressa
 cognitione diffinitiuam uel enuntiatiuam potest certitudinaliter discernere
 se cognoscere talia duo quorum unum sit forma exemplaris siue
 ymago representatiua alterius, ut ISTI dicunt de uerbo; ergo uerbum
 365 non est talis forma obiectiue cognita. Maior de se patet, quia quilibet
 cognoscens plura | et ut plura, sicut fit quando unum accipitur uel
 π78rb ymago uel forma exemplaris alterius, potest discernere inter ea.
 Minor patet per id quod quilibet experitur a seipso; qui enim
 cognoscit diffinitiuam hominem uel demonstratiuam ipsum esse
 370 corruptibilem non discernit se cognoscere hec in aliqua ymagine siue
 forma speculari, quamuis in cognitione demonstratiua percipiat
 homo se cognoscere conclusionem per principia que non sunt talis
 forme specularis, qualis ponitur esse uerbum; et dicere quod imo

366 fit] *ani.*: sit π

349 omnis...353 Philosophum] cf. Arist., *De an.*, III, 4, 429b5-10

percipimus talem formam representantem principale obiectum est
 fingere illud quod nullus experitur; quare etc. 375

[20] Secundo sic est ad idem: illud quod cognoscitur intuitiue clarius
 cognoscitur quam illud quod cognoscitur abstractiue, quia, sicut
 patuit in principio huius libri, cognitio intuitiua est clarior et
 manifestior quam abstractiua; set uerbum, si sit talis forma qualis ab
 ISTIS ponitur, cognoscitur intuitiue, res autem cuius est uerbum 380
 cognoscitur solum abstractiue; ergo uerbum clarius cognoscitur
 quam res cuius est uerbum; quod est manifeste falsum. Maior iam
 patet. Set minor probatur, quia uerbum, si sit forma intellectu
 producta et obiectiue cognita, ut ab ISTIS ponitur, obiicitur 385
 immediate intellectui secundum suam presentiam actualem et sic in
 eam fertur intellectus; et in hoc consistit ratio cognitionis intuitiue, ut
 prius patuit; quare etc.

[21] Tertio sic: intellectus nec se nec habitus suos nec actus intelligit
 actu recto; set uerbum est aliquis actus intellectus; ergo non est
 uerum quod sit primum cognitum obiectiue et actu recto. Et 390
 confirmatur, <quia> qui intuitiue uidet picturam tabule, uidet et
 tabulam; set si uerum sit talis forma in intellectu qualis ab ISTIS
 ponitur, tunc uerbum se habet ad intellectum sicut quedam pictura
 uel ymago ad tabulam; ergo si intellectus uideret intuitiue uerbum
 suum, sicut necesse est, et si sit primo obiectiue cognitum, necesse 395
 est uel saltem possibile quod eodem actu uideat seipsum, et sic
 intellectus poterit seipsum cognoscere actu recto; quod est falsum.

[22] Quarto, quia in uoluntate non est aliqua forma que sit primo
 obiectiue dilecta et ratio diligendi alterum; ergo in intellectu non est

391 quia] *suppl.*: om. π

378 cognitio...abstractiua] cf. supra, I, Prol., 3, [16]-[17] (7vb-8ra)

400 aliqua forma que sit primo obiectiue cognita et ratio cognoscendi
alterius. Ad hoc dantur aliquae responsiones quas omitto, quia friuole
sunt et de se nulle apparent cuilibet intelligenti.

[23] Tertium quod hec opinio ponit est quod uerbum est finaliter
propter habendam perfectam et expressam cognitionem de re, quia
405 propter confusam non oportet ponere uerbum, ut dicunt. Et illud
non uidetur uerum: primo, quia uerbum uocis supponit uerbum
mentis, ut dictum fuit ab initio; set rei, quantumcunque confuse
intellecte, competit uerbum uocis ipsam exterius manifestantis; ergo
eidem competit uerbum mentis quo manifestatur interius; set illud
410 non est cognitio expressa nec aliquid quod necessario coexigat
cognitionem expressam, ut probatur; non ergo propter solam
cognitionem expressam oportet ponere uerbum. Probatio assumpte,
quia nos imponimus nomina rebus secundum quod eas intelligimus;
ergo intellectus confusus rei sufficit ad imponendum nomen quod
415 confuse representat res; unde dicere quod ad imponendum rei
quandocunque nomen ipsam significans, oportet de re habere
expressum conceptum, est clare falsum.

[24] Item cognitio enuntiatiua expressa propter quam habendam
dicitur formari uerbum aut est omnis cognitio clare uera aut illa
420 solum quam precedit cognitio confusa. Primum non potest dici, quia
aliquae enuntiationes statim apparent clare uere cognitae terminis, ut
"de quolibet esse uel non esse" et "omne totum est maius sua parte",
et idem de istis: "calor calefacit" et "album disgregat" apud illos qui
hoc experti sunt; nec oportet ad claram cognitionem talium habere
425 aliud representatiuum quam cognitionem terminorum et per

416 quandocunque] *an scrib.* quodcunque? 417 expressum] *ani.*: expressu.n. π
421 terminis] *ani.*: terminus π

consequens non oportet propter eas formari tale uerbum quale illi ponunt.

[25] Si uero dicatur quod uerbum requiritur solum propter claram cognitionem quam precedit confusa cognitio, contra, quia secundum ISTOS ad cognitionem expressam non peruenimus ex confusa, nisi 430 quia obiectum mediante cognitione confusa causat amorem cognitionis expresse, qui amor monet fantasiam, qua monitione facta sequitur cognitio expressa. Et hoc sic arguitur: ex noua monitione fantasie non sequitur cognitio expressa, nisi quia de nouo apparet aliquod fantasma representans aliquid intellectui per quod | apparet π 78va euidens et expressa ueritas enuntiationis que non apparebat prius, et sicut hec necessario requiritur, ita et sufficit sine quocunque alio; set illud representatiuum per fantasma est causa uel effectus, simile uel oppositum antecedens uel consequens. Ex omnibus enim hiis apparet euidens et expressa ueritas que prius non apparebat aut 440 confuse apparebat. Ergo propter hoc non oportet fingere quandam formam productam uel intellectam, sicut ISTI dicunt de uerbo, et mirum est de hac fictione, quia cum hec materia sit mere phisica, nullus phisicorum unquam posuit in intellectu nostro aliquam talem formam ad habendam quamcunque cognitionem quantumcunque 445 expressam.

[26] Propter hoc dicendum est aliter quod uerbum in nobis est ipsemet actus intelligendi. Quod potest concludi ex predictis sic: uerbum est aliquid ad intellectum pertinens et in intellectu existens; set non est species nec habitus nec forma per actum intellectus 450 producta, ut probatum est; relinquatur ergo per locum a sufficienti diuisione quod sit actus intelligendi, et hoc uidetur rationabile. Cum

426 quale] *coni.*: quare π 432 monet] *coni.*: mouet π

enim nichil habeat rationem `uerbi', nisi prout induit rationem
 `manifestatiui', nec sit processus in infinitum, oportet quod primum
 455 uerbum non sit manifestatiuum ut signum, sicut uerbum uocis, nec
 ut species uel ymago, ut ALII ponunt, set per essentiam, ita scilicet
 quod ipsa manifestatio rei apud intellectum est uerbum, manifestatio
 autem rei est eius cognitio; neque enim est manifesta, nisi quia
 cognita, ideo etc. Ad illud sunt plures autoritates AUGUSTINI, qui
 460 dicit IX De Trinitate capitulo 7^o: *Conceptam ueram rerum notitiam
 tanquam uerbum apud nos habemus*; item 11^o capitulo dicit sic: *Recte
 queritur utrum omnis notitia uerbum sit an tantum amata notitia*; et circa
 medium illius capituli subiungit: *Veruntamen illa que odimus recte
 displicent recteque improbantur et comprobatur eorum improbatio, et placet et
 465 uerbum est*; item in eodem [libro 2^o] capitulo dicit: *Verbum est ergo quod
 nunc discernere et insinuare uolumus [est] cum amore notitia*; item 11^o
 capitulo dicit sic: *Notitia placita digneque amata uerbum est*; et postea in
 eodem capitulo dicit: *Cum se mens ipsa nouit atque approbat si est, est
 eadem notitia uerbum eius*; et in fine 22ⁱ capituli dicit sic: *Est quedam
 470 ymago Trinitatis, ipsa mens et notitia eius, quod est proles eius ac de seipsa
 uerbum eius, et amor tertius.*

[27] Et confirmatur, quia omne quod dicitur tale denominatione
 extrinseca, ut signum uel causa, reducitur ad aliquid quod est tale per

464 improbatio] *scr. cum Augustino: improbato* π 465 libro 2^o] *sed. | ergo] igitur
 Aug. 466 est] sed. 468 si...est²] an scrib. cum Augustino: sic est?*

460 Conceptam...habemus] Aug., *De Trin.*, IX, 7, 12 (304, 4-6)
 461 Recte...notitia²] Aug., *De Trin.*, IX, 10, 15 (306, 1-2)
 463 Veruntamen...465 est¹] Aug., *De Trin.*, IX, 10, 15 (306, 16-18)
 467 Notitia...est] Aug., *De Trin.*, IX, 11, 16 (307, 14-15) 468 Cum...eius] Aug.,
De Trin., IX, 11, 16 (307, 18-199 469 Est...471 tertius] Aug., *De Trin.*, IX, 12,
 18 (310, 75-77)

essentiam, sicut `sanum` dictum de urina ut signum et de medicina
 ut de causa reducitur ad `sanum` dictum de animali quod sanum est 475
 per essentiam, ita quod sanitas animalis est sanitas per essentiam et
 non signum uel causa sanitatis. Similiter in proposito
 `manifestatiuum` dictum de uerbo uocis ut signo et de specie uel
 ymagine ut causa uel qualitercunque aliter reducitur ad
 manifestatiuum per essentiam, quod est ipsa cognitio rei, que ob hoc 480
 habet rationem `primi uerbi`. Est tamen hic notandum quod licet
 omnis actus intelligendi, tam confusus quam expressus, tam directus
 quam reflexus, possit dici `uerbum`, tamen expressus magis quam
 confusus, quia magis est rei manifestatiuus. Vnde AUGUSTINUS XV
 De Trinitate dicit quod *formata cogitatio est uerbum*, uocans 485
 `formatam cogitationem` non formam aliquam per actum
 intelligendi uel cogitandi productam, sicut QUIDAM extorte
 exponunt, set ipsum actum cognoscendi expressum. Et rursus actus
 reflexus dicitur magis `uerbum` quam rectus, quia intellectus per
 actum reflexum magis loquitur sibi ipsi de re quam per rectum 490
 actum. Per actum enim rectum solum intelligit rem, quod est
 quoddam loqui mentale, set per actum reflexum loquens manifestus
 sibi ipsi dicit se intelligere etc. Sic ergo patet quid sit uerbum in
 nobis, quia ipsemet actus intelligendi confusus uel expressus rectus
 uel reflexus, quamuis secundum magis et minus, quia, ut prius 495
 dictum fuit, actus intelligendi non habet rationem `uerbi`, nisi prout
 induit rationem `manifestatiui`. Et quia hec ratio magis et perfectius

485 cogitatio] *scr. cum Augustino*: cognitio π 486 cogitationem] *coni.*:
 cognitionem π

474 `sanum`...477 sanitatis] cf. Arist., *Metaph.*, IV, 2, 1003a34-b4
 485 *formata...uerbum*] cf. Aug., *De Trin.*, XV, 10, 19 (486, 76-77); 16, 25 (500,
 10-11)

conuenit uni actui intelligendi quam alteri, ideo ratio `uerbi'; propter
 quod quamuis unus actus intelligendi non sit magis intelligere quam
 500 alius, quia genus uel species non predicantur secundum magis et
 minus de suis inferioribus, tamen est magis uerbum, quia magis
 manifestat rem, sicut una albedo, quamuis non sit magis albedo
 quam alia, tamen magis disgregat.

[28] Ad rationem ALIORUM respondendum est. Cum enim accipiunt
 505 quod duo sunt de ratione `uerbi mentalis', uidelicet quod sit
 representatiuum rei principaliter intellecte et quod sit per actum
 π78vb dicendi productum, dicendum est de prima conditione | quod cum
 uerbum sit id quod loquimur de ratione `uerbi' non est representare
 rem nisi per modum competentem locutioni. Et quia loquimur alteri
 510 uerbo uocis, inquantum uox significat rem aliquam quam alteri
 manifestare uolumus, ideo representare rem per modum signi
 competit uerbo uocis; loquimur autem nobis uerbo mentis, quod
 nichil aliud est quam cogitare uel cognoscere rem aliquam, quia sic
 est nobis manifestata, ideo uerbo mentis competit representare rem
 515 eodem modo quo cognitio est representatiua rei cognite;
 representare autem per modum ymaginis uel per modum forme
 exemplaris obiectiue se habentis non conuenit uerbo uocis nec uerbo
 mentis, quamuis cogitatio uocetur quandoque `ymago rei cogitate',
 set non habet se obiectiue ad intellectum actu recto.

[29] Quantum ad secundam conditionem quam ponunt, scilicet quod
 520 uerbum est productum per actum dicendi qui est actus intelligentis
 secundum quod intelligens, dicendum quod uerbum nobis est
 productum per actum uocalem dicentis et dicere uocale est
 producere uel formare uerbum uocis; set uerbum mentis non est
 525 productum per actum dicendi nec dicere est producere uerbum
 mentale, imo dicere est habere uerbum, quia cum uerbum mentale

non sit aliud quam notitia rei apud intellectum, per quem homo cogitans sibi ipsi loquitur, dicere uel loqui non est aliud quam habere in se notitiam rei que est uerbo eius; propter quod ille due conditiones uerbi quas ALII assumunt et ex quibus uolunt probare suum intentum non sunt uere de uerbo mentali. 530

[30] Ad rationes principales respondendum est: ad primam per interemptionem minoris, quia neque in sensu exteriori neque in potentia sensitua interiori est aliqua forma que sit primo obiectiue cognita et in qua uel per quam res alia cognoscatur, quia uel nulla potentia sensitua est reflexiua super actum suum uel super se uel super aliquid quod sit in ipsa, uel si est reflexiua, tamen actu recto nulla potentia sensitua, imo nec intellectiua potest tendere in talia, ut prius probatum fuit. Et quod dicitur in libro De memoria et reminiscentia non est contra hoc, quia impressiones sensibilium que manent in nobis *abeuntibus sensibilibus* et nobis sentientibus non manent in organis sensuum, quia semper sentirentur uel nunquam, set *manent* in spiritibus aliarum partium, et quando mouentur, quacunq[ue] ex causa hoc fiat, et obiiciuntur organo phantasie, siue in somno siue in uigilia, fiunt ille apparitiones de quibus PHILOSOPHUS loquitur ibi et in libro De somno et uigilia, ubi expresse ponit hoc quod dictum est. Vnde tales ymagines non sunt in sensu subiectiue, sicut ISTI assumunt. 540

[31] Ad secundum dicendum quod illud de quo principaliter dubitatur quandoque et cui quandoque assentitur et quandoque 550

533 exteriori] *coni.*: exteriore π 535 quam] *coni.*: unam π 544 quacunq[ue] *coni.*: quaque π

539 quod...reminiscentia] cf. Arist., *De mem.*, 1, 450b24-27
 541 abeuntibus...543 manent] cf. *Auct. Ar.*, 7, 85 (202, 82-83); Arist., *De insomniis*, 2, 459a26-28 545 fiunt...apparitiones] cf. Arist., *De insomniis*, 1, 459a18-20

dissentitur non est aliud quam conuenientia uel disconuenientia
 rerum importatarum per subiectum et predicatum de quibus
 dubitatur utrum insint sibi an non insint, sicut cum dubitatur an
 stelle sint pares an impares, dubitatur solum an paritas conueniat
 555 stellis ut passio uel qualiscunque proprietas suo subiecto; secundo
 autem potest dubitari de ueritate intellectus qui huic assentiret et de
 ueritate propositionis que hoc significaret. Fingere autem quod in
 nobis sit quedam forma de qua dubitamus est irrationabilis fictio;
 uerum est quod intellectus, siue dubitans siue assentiens siue
 560 dissentiens, habet notitiam quid significetur per terminos, ut quid sit
 stella et quid sit paritas, set hec notitia in dubitante non est actus
 distinctus ab actu dubitandi nec in assentiente ab actu assentiendi
 nec in dissentiente ab actu dissentiendi, et ita non sunt duo actus
 intelligendi simul, set in quolibet istorum actuum manet notitia
 565 terminorum indistincta, quia impossibile est compositionem uel
 diuisionem intelligere sine terminis compositionis et diuisionis, nec
 de ea dubitare. Nec obstat quod actus componens distinctus est a
 diuidente et uterque ab actu dubitandi, et sunt dissimiles et
 impossibiles, quia notitia terminorum in quolibet istorum inclusa
 570 non est una numero, nec similis formaliter, quia quamuis sit de
 eisdem obiectis materialiter, tamen formaliter est de diuersis et
 impossibilibus, scilicet de compositione quantum ad
 assentientem et de diuisione quantum ad dissentientem et de utroque
 simul quantum ad dubitantem, qui neutri parti assentit uel dissentit,
 79ra set de utraque dubitat. Item conceptus | de quo contingit dubitare
 non stat cum certa et expressa notitia; set uerbum secundum ISTOS
 semper est cum expressa et certa notitia; ergo talis conceptus non est

570 similis] *coni.*: similes π

uerbum.

[32] Per idem patet ad tertium, quia sciens quod causa prima est et
errans et credens non esse causam primam, quamuis de eisdem 580
rebus forment conceptus suos, scilicet de causa prima et eius
entitate, tamen conceptus non sunt similes, set ualde dissimiles et
oppositi, quia unus est actus intelligendi componens et alius
diuidens, nec per eos est ibi alius conceptus existens in anima
subiectiue. 585

Questio tertia

Vtrum uerbum in diuinis dicatur essentialiter an personaliter

[1] Secundo queritur utrum `Verbum' in diuinis dicatur essentialiter
an personaliter. Et arguitur quod personaliter, quia relatiua in 5
diuinis dicuntur personaliter; set nomen `Verbi' est relatiuum; ergo
dicitur personaliter. Maior patet, quia relatiuum distinguitur a
correlatiuo; omnis autem distinctio in diuinis pertinet ad personalia,
quia essentia et essentialia non distinguuntur. Minor probatur per
AUGUSTINUM V De Trinitate capitulo 13^o, ubi dicit: *Relatiue* 10
dicatur Filius et relatiue dicatur Verbum et Ymago.

[2] Item libro VI capitulo 2^o dicit sic: *Verbum solus Filius accipitur,*
non simul Pater et Filius; et in fine eiusdem capituli dicit sic quod
Verbum de Verbo dici non potest, quia non simul ambo Verbum, set solus

581 forment] *coni.*: formet π 585 subiectiue] *coni.*: subiunctiue π 12 2^o] *coni.*: 5.
 π 13 sic] *an sedudendum?*

10 Relatiue... Ymago] Aug, *De Trin.*, V, 13, 14 (221, 4) 12 Verbum... Filius²] Aug, *De Trin.*, VI, 2, 3 (230, 21-22) 14 Verbum¹... Filius] Aug, *De Trin.*, VI, 2, 3 (231, 53-54)

15 *Filius*; set illud quod conuenit uni soli Persone et non omnibus est personale et non essenziale; ergo etc.

[3] Ad idem est quod dicit VII De Trinitate capitulo 1°, ubi loquens de Patre dicit sic: *Non enim est ipse Verbum sicut nec Filius nec Ymago*; et capitulo 2° dicit quod *sicut Filius ad Patrem refertur et non ad seipsum, ita Verbum ad eum cuius est Verbum refertur, Verbum eo quippe*
 20 *Filius quo Verbum, et eo Verbum quo Filius*, et multa consimilia inueniuntur dicta ab AUGUSTINO ex quibus uidetur quod Verbum dicatur personaliter et non essentialiter.

[2] In contrarium arguitur quia sicut in diuinis est Verbum, sic et
 25 Amor et sibi inuicem correspondent; set Amor dicitur essentialiter et non personaliter; ergo et Verbum.

[3] Responsio. Circa questionem istam uidenda sunt duo: primum est quid sit Verbum in diuinis; et ex hoc apparebit secundum quod principaliter queritur, uidelicet utrum dicatur personaliter an
 30 essentialiter. Quantum ad primum sciendum quod in diuinis Verbum est ipsemet actus intelligendi quo Deo manifesta sunt omnia. Quod patet primo autoritate ANSELMI in Monologio, ubi dicit quod *dicere summo Spiritui nichil aliud est quam cogitando intueri*; 'intueri' autem in Deo dicit suum actum intelligendi. Istud autem necessarium est
 35 dicere quantum ad ILLOS qui ponunt uerbum in nobis esse actum intelligendi, quia illa que reperiuntur in Deo et in creaturis se habent proportionabiliter hinc et inde exclusis imperfectionibus a Deo; set uerbum mentale reperitur communiter in Deo et creaturis; ergo cum in creaturis sit ipsemet actus intelligendi, relinquitur quod idem sit in

15 Filius] *scr. cum Augustino*. alius π 17 VII] *coni.*: .3. π

18 Non...Ymago] Aug, *De Trin.*, VII, 1, 1 (244, 25-26) 19 sicut...21 Filius²] Aug, *De Trin.*, VII, 2, 3 (249, 4 - 250, 6) 33 dicere...intueri] Anselm, *Monol.*, 63 (73, 10-11)

Deo, precipue quia actus intelligendi dicit summam et ultimam perfectionem in omni natura intellectuali. Item uerbum est aliquid pertinens ad intellectum, ut intelligens est intellectione quacunque uel saltem intellectione expressa et perfecta; set in diuinis non est intellectio nisi expressa et perfecta, cuius sufficientissima ratio est essentia diuina, ita quod in cognitione diuina non sunt nisi hec tria que sunt unum re, licet differant ratione, scilicet intellectus diuinus et essentia eius, que est primum obiectum eius sufficientissime representatiuum sui et omnium aliorum, et ipsum intelligere perfectissimum; quicquid autem aliud ponitur non pertinet ad intellectum ut est intelligens, quia dato quod nulla emanatio esset in diuinis, adhuc Deus ita perfecte intelligeret se tunc sicut nunc; propter quod oportet quod Verbum sit alterum tertium predictorum. Constat autem quod non est intellectus nec obiectum ut sub hac ratione; ergo est ipse actus intelligendi. Quod etiam potest haberi ex dictis ALIORUM; dicunt enim quod emanatio Verbi, quod ponunt quiddam productum, non est propter aliquam necessitatem intelligendi, set solum propter naturalem quandam consequentiam. Ex quo possumus arguere contra ea dupliciter.

[4] Primo sic: hec naturalis consequentia uerbi producti aut est in omni intellectione perfecta et expressa aut solum in diuina. Non in omni intellectione perfecta et expressa, quia si prima cognitio quam habet intellectus noster de re sibi representata per speciem uel in fantasmate esset adeo perfecta quod nec perfectiorem nec aliam habere posset, proculdubio in nostro intellectu nichil ultra produceretur, et si fieret, frustra fieret; propter hoc enim attribuitur intellectui formare uerbum secundum ISTOS ut habeat aliquam

41 Item] *scr.*: Iem π 60 Non] *ami.*: Nam π 63 aliam] *ami.*: alium π

cognitionem uel considerationem quam a principio non habuit. Si uero hec naturalis consequentia sit solum in cognitione diuina, que a principio fuit perfectissima nec aliam habere potest, mirum est unde
70 hoc habetur, cum in nobis uideamus oppositum, ut dictum est. Concluditur enim hic idem ex opposito ex eodem, idem ex oppositis, quia concluditur formatio uerbi in nobis ex imperfectione nostre prime cognitionis, et idem concluditur in Deo ex perfectione cognitionis. Similiter concluduntur opposita ex eodem, quasi non
75 possumus habere aliquam cognitionem de re nisi illam quam habemus a principio, non formaremus uerbum; Deus autem, qui talem habet, format uerbum; ergo oppositum: concluduntur ex eodem, scilicet "format uerbum" et "non formare uerbum"; tales autem conclusiones sunt manifeste inconuenientes; ergo etc.

80 [5] Secundo, quia si Verbum est in diuinis propter naturalem consequentiam emanationis et non propter aliquam necessitatem intelligendi, quia sine eo esset imperfecta intellectio et nunc etiam perintelligitur emanationi uerbi, sequitur quod tale emanans non dicitur `Verbum`, quia illud quo excluso Deus eque perfecte diceret
85 se et alia, non esset Verbum, quia dicere non est sine uerbo; set excluso omni emanante realiter adhuc diceret se et alia eque perfecte; ergo nichil emanans realiter est Verbum. Minor patet ex dicto ALIORUM, quia quod eque perfecte intelligit se et alia eque et perfecte dicit se et alia; set Deus eque perfecte intelligeret se et alia, si nichil
90 esset realiter productum in diuinis, sicut nunc intelligit et nunc etiam non perfectius intelligit Pater, quia producit aliud ex se, etiam secundum ISTOS, quia illud productum non est, ut dicunt, propter aliquam necessitatem intelligendi, quasi Pater sine illo producto non

74 quasi] *an scribendum* quia si? 75 cognitionem] *scr.:* cognitionem π

intelligeret aut non ita perfecte, set tantum propter naturalem consequentiam; unde et perfecta cognitio preintelligitur huic emanationi; quare etc. Patet ergo primum principale, scilicet quid sit uerbum mentale, tam in nobis quam in Deo, quia est ipsemet actus intelligendi. 95

[6] Ex hoc autem iam patet secundum, scilicet utrum Verbum dicatur personaliter an essentialiter in diuinis. Dico enim quod `Verbum` de ui nominis et proprie dicit aliquid essenziale et non personale, ex appropriatione tamen trahitur ad personale, sicut sapientia. Primum patet, quia illud quod non importat aliquam realem emanationem, nec actiue nec passiue, set tantum secundum rationem, non est aliquid personale; set Verbum in diuinis est huiusmodi; ergo etc. Maior patet, quia Persona et omnia alia personalia pertinent ad emanationes. Minor similiter patet, quia Verbum, ut uisum est prius, est actus intelligendi, emanatio autem actus intelligendi ab intelligente et Verbi a dicente, quod idem non est realis emanatio in diuinis, set tantum secundum rationem; intelligere enim non est producere intellectionem tanquam rem distinctam, set est habere intellectionem, et dicere non est producere uerbum realiter distinctum, set est habere in se uerbum, et hec in Deo nullam realem distinctionem habent; quare patet quod `Verbum` de ui uocis et proprie non dicat aliquid personale, set potius essenziale, sicut et `Amor`. 100 105 110 115

[7] Item dicere non est actus personalis; ergo Verbum non est aliquid personale. Consequentia patet, quia uerbum <et> dicere correspondent sibi uel tanquam idem uel sicut actio et productum per actionem. Probatio antecedentis, quia nullus actus personalis 120

118 et] *suppl.: om. π*

conuenit tribus Personis aut cadit super creaturam uel reflectitur
 super Personam a qua est uel cuius est agentis; set dicere conuenit
 omnibus Personis, cadit etiam super creaturam, sicut super
 Personam diuinam, reflectitur etiam super Personam dicentem
 125 (quelibet enim persona dicit se et aliam creaturam); ergo etc. Maior
 patet, quia omnis actus personalis est actus quo producitur Persona
 et non creatura; et quia nulla Persona a seipsa producitur, ideo actus
 π79va personalis non potest conuenire Persone que | nichil producit nec
 potest cadere super creaturam, que per eam non producitur, nec
 130 super Personam a qua est, quia illa seipsam non producit. Minor
 similiter patet, quia cuilibet Persone competit dicere mentale
 respectu sui et creature; quelibet enim dicit se et creaturam, ut
 dictum est; sequitur ergo conclusio.

[8] Set adhuc dicunt QUIDAM quod `dicere` dupliciter sumitur: uno
 135 modo, prout dicere est idem quod uerbum producere et sic est actus
 notionalis nec competit cuilibet Persone, set tantum Patri, nec illi
 competit sic dicere respectu sui uel creature, set solum respectu Filii,
 qui est Verbum; hoc enim modo Pater dicit Verbum, idest producit
 Filium, non autem dicit se uel creaturam, et huic dicere respondet
 140 Verbum tanquam terminus productus et uterque dicitur personaliter.
 Alio modo `dicere` sumitur pro eo quod est manifestare per uerbum
 uel in uerbo, et sic dicere est actus essentialis et conuenit cuilibet
 Persone respectu sui et aliorum; quelibet Persona enim manifestat et
 alia in Verbo et huic dicere non respondet Verbum tanquam idem
 145 uel tanquam terminus per ipsum productus, set est forma, ut sic
 loquar, per primum dicere producta, in qua reducuntur et
 manifestatur omnia. Ideo non ualet argumentum.

[9] Set istud non uidetur bene dictum: primum, quia sicut nullus dicit
 uocaliter accipiendo `dicere` pro manifestare nisi per uerbum suum

uocale et non per uerbum uocale ab alio prolatum, ita uidetur quod 150
 nullus dicat mentaliter nisi per uerbum suum mentale a se mentaliter
 prolatum et non per uerbum mentale ab alio prolatum. Si ergo
 Verbum in diuinis sit tantum personale, puta Filius, sequetur quod in
 tali Verbo uel per tale Verbum non dicet uel non manifestabit se nisi
 Pater; constat autem quod quelibet Persona dicit se et alia proprie 155
 accipiendo `dicere` pro manifestare; ergo dicunt se et alia alio uerbo
 quam sit Verbum a solo Patre productum. Illud autem non potest
 esse nisi uerbum essentialiter sumptum, quod est proprie actus
 intelligendi, qui est uerbum a qualibet Persona dicente prolatum, que
 prolatio est non secundum rem, set secundum rationem. Secundo, 160
 quia in `Verbo` sumpto pro Filio nichil manifestatur nisi ratione
 essentie et non ratione proprietatis personalis; set nichil habet
 rationem `uerbi` proprie nisi ut habet rationem `manifestatiui`; ergo
 Filius non habet rationem `Verbi` nisi ratione essentie uel alicuius
 essentialis et non secundum aliquid personale. Patet ergo quod 165
 `uerbum` de ui uocis et proprie est aliquid essentiale.

[10] Secundum patet, scilicet quod appropriatione trahitur ad
 personale, sicut sapientia; nos enim deuenimus in cognitionem
 diuinorum ex creaturis. Et ideo sicut uidemus in trinitate creata, que
 attenditur secundum memoriam, intelligentiam et uoluntatem, quod 170
 primum procedens est actualis notitia, que est uerbum, ultimum
 procedens est amor, sic prime Persone procedenti in diuinis
 appropriamus nomen `Verbi`, Persone autem ultimo procedenti
 appropriamus nomen `Amoris`, licet tam uerbum quam amor
 essentialiter dicantur. Nullus ergo debet ymaginari quod Filius 175
 procedat a Patre per actum dicendi mentalem, et ideo fiat Verbum
 proprie et Spiritus Sanctus a Patre et Filio per actum uoluntatis, et

ideo fiat Amor proprie, quia circumscrip-
 intellectus et uoluntatis adhuc essent in diuinis generatio Filii et
 180 processio Spiritus Sancti per actus competentes nature propter suam
 fecunditatem, ut dictum fuit supra distinctione 6^a; set talia nomina eis
 aptantur propter illa que uidentur in trinitate creata. Secundum hunc
 sensum accipiendum est quod dicit AUGUSTINUS quod in Trinitate
non dicitur `Verbum` nisi Filius nec `Donum` nisi Spiritus Sanctus. Et
 185 tamen constat quod `Donum` potest competere alteri quam Spiritui
 Sancto, puta Filio, quia Filius datus est nobis, nichil autem datur
 quod non sit donum. Competit etiam Patri, cum de ipso scriptum sit
 LUCE 2^o: *Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum* etc. Set
 propter causam prius dictam appropriatur soli Spiritui Sancto, et
 190 `Verbum` soli Filio.

[11] Que appropriatio in tantum per consuetudinem inoleuit ut hec
 que in principio argumenti sunt adducta ad questionem inueniantur
 ab AUGUSTINO et quedam similia ab aliis DOCTORIBUS, quamuis de
 ui uocis uerbum mentale tam in nobis quam in Deo sit ipsemet
 195 actus intelligendi, qui est aliquid essenziale. Nec mirum, quia apud
 homines omnes sola tertia Persona in diuinis uocatur `Spiritus
 Sanctus` et hoc est ex consuetudine loquendi, quia de ui uocis
 Pater est Spiritus et Filius est Spiritus, et uterque est sanctus; unde
 ubicunque inuenitur quod esse Verbum est proprium Filii et esse
 200 Donum est proprium Spiritus Sancti et tertie Persone est proprium
 esse Spiritus Sancti, exponendum est `proprium`, idest
 appropriatum ex uniuersali consuetudine loquentium et
 scribentium; quam expositionem innuit AUGUSTINUS ubi dicit

178 circumscrip-...181 fecunditatem] cf. supra, I, 6, 2, [10]-[11] (31va)
 184 non...Sanctus] Aug, *De Trin.*, VII, 6, 12 (266, 130-131)
 188 Iusiurandum...nostrum] Lc, 1, 73

quod Pater est charitas et Filius charitas et tamen *Spiritus Sanctus* ipse `charitas` nuncupatur, quod non est intelligendum quod sic proprie competat Spiritui Sancto quod non competat aliis, quia esset contradictio in dictis eius, set proprie competit, quia appropriate. Per hoc patet responsio ad obiecta. 205

204 Pater...nuncupatur] cf. Aug, *De Trin.*, XV, 17, 31 (505, 98-100)

Distinctio 28^a

Sententia huius distinctionis et primo in generali

[1] *Preterea considerari oportet.* Superius MAGISTER determinauit de
5 proprietatibus personalibus; hic uero determinat de proprietatibus
uel notionibus personarum que non sunt personales. Et diuiditur in
duas: nam primo determinat de proprietatibus que importantur per
hoc nomen `ingenitus`, scilicet de innascibilitate, que est proprietas
Persone, quamuis non sit personalis; secundo de communi
10 spiratione, que non est proprietas Persone nec personalis. Secunda
incipit ibi in principio 29^e distinctionis: *Preterea aliud nomen.* Prima est
presentis lectionis. Et diuiditur in tres: primo ostendit qualiter dicatur
Pater `ingenitus`; secundo quomodo conuenit `genitum` Filio; tertio
subiungit quoddam incidens. Secunda ibi: *Sciendum est igitur.* Tertia
15 ibi: *Illud etiam sciri.* Prima diuiditur in tres partes: primo ostendit quod
SANCTI utebantur hoc uocabulo siue nomine `ingenitus`; secundo
quomodo hoc nomen aliquando ab eis tacebatur; tertio mouet
dubitationem manifestam. Secunda ibi: *Illud autem tacere non oportet.*
Tertia ibi: *Preterea queri solet.* Prima istarum diuiditur in tres: primo
20 ostendit quomodo `ingenitus` in diuinis accipitur; secundo mouet
incidentem dubitationem; tertio ostendit que proprietas per hoc
nomen `ingenitus` importatur. Secunda ibi: *Solet queri.* Tertia ibi: *Si
autem uis scire.* Hec est diuisio et sententia in generali.

12 presentis] *coni.*: principalis π 18 tacere] taceri π

4 Preterea...oportet] Lomb., 209, 10-11 | Superius...personalibus] cf. Lomb.,
196, 26 - 209, 6 11 Preterea...nomen] Lomb., 215, 11 14 Sciendum est]
Lomb., 213, 31 15 Illud...sciri] Lomb., 214, 31 18 Illud...oportet] Lomb.,
212, 4 19 Preterea...solet] Lomb., 213, 2 22 Solet queri] Lomb., 211, 3
Si...scire] Lomb., 211, 17-18

[3] In speciali uero sic procedit MAGISTER. Et proponit primo quod hoc nomen `ingenitus` aliam dicit proprietatem quam hoc nomen `pater`; potest enim aliquis esse pater et tamen non ex eo est ingenitus, quia multi geniti genuerunt, et potest esse ingenitus, non tamen pater. Proponit etiam quod ingenitus relatiue dicitur in diuinis: ingenitus idem est quod non-genitus; non-genitus autem pertinet ad relationem, sicut et genitus, quia negatio predicamentum non mutat; et dicitur ingenitus relatiue ad non-generante sicut genitus ad generantem. Postea querit utrum Spiritus Sanctus possit dici `ingenitus`. Set QUIBUSDAM uidetur quod sic, quia significatio est eadem utrobique; ALIIS uidetur quod non, quia `ingenitus` priuat omne principium, non autem sic priuat hoc quod est `non-genitum`; AUGUSTINUS autem uidetur pro eodem accepisse, non quia omnino sint idem, set quia unum est quasi interpretatio alterius. Deinde queritur que proprietas importetur nomine `ingeniti`, et dicit quod nomine `ingeniti` innascibilitas importatur. Postea dicit quod hoc nomen `ingenitus` aliquando a SANCTIS tacetur; quia enim ARRIANI ex diuersitate que est inter genitum et non genitum concludunt diuersitatem nature, ideo AMBROSIVS non uoluit uti hoc nomine `ingenitus`. Multa enim oportet aliquando subterfieri propter calumniam. Postea querit utrum diuersum sit esse genitum et non-genitum. Et dicit quod si diuersitas refertur ad actum essentialem, non sunt diuersa; si uero ad proprietatem personalem, diuersa sunt. Deinde dicit quod cum dicitur Filius `nata sapientia`, relatio importatur, licet uideatur ad

24 Et...32 generantem] cf. Lomb., 209, 10 - 210, 36 32 Postea...38 alterius] cf. Lomb., 211, 3-15; Aug., *De Trin.*, V, 7, 8 (213, 4-9) 38 Deinde...40 importatur] cf. Lomb., 211, 17-24 40 Postea...44 calumniam] cf. Lomb., 212, 4-32; Ambr., *De inam. domini sacram.*, 8, 79-80 (264, 7 - 265, 19) 44 Postea...47 diuersa] cf. Lomb., 213, 2-28 47 Deinde...51 essentiam] cf. Lomb., 213, 31 - 214, 29

essentiam pertinere. Et tamen sane est intelligendum quod cum
 50 dicitur `nata sapientia', `sapientia' non dicit essentiam paternam,
 set hypostasim habentem essentiam. Vltimo dicit quod licet
 dicendum sit quod `sapientia nata' et `natura ymaginis' relatiue
 dicitur, tamen essentialiter accipitur, ut quando accipitur pro ipso
 exemplari nature diuine, ad cuius imitationem et similitudinem
 55 factus est homo. Hoc est sententia in speciali.

Questio prima

Vtrum `ingenitum' uel `innascibile' sit notio Patris

[1] Circa distinctionem istam primo queritur de proprietate ingeni
 5 et innascibilitatis, secundo de ymagine. Circa primum queruntur duo:
 π80ra primum est utrum | `ingenitum' uel `innascibile' sit notio Patris;
 secundum est utrum innascibilitas sit proprietas constitutiua Personae
 Patris. Ad primum sic proceditur. Et uidetur quod `ingenitum' uel
 10 `innascibile' non sit notio Patris, quia sicut Pater est principium
 Personae genite, ita est principium Personae procedentis; ergo si
 propter oppositionem quam habet Pater ad Personam genitam notio
 Patris dicitur esse `ingenitum', eodem modo propter oppositionem
 quam habet ad Personam procedentem proprietas eius deberet esse
 quod diceretur improcessibilis; set hoc non ponitur; ergo nec alia
 15 debet poni.

[2] Item notio Patris non debet alii conuenire; set `ingenitum' uel

2 `ingenitum'] *coni.*: ingenitus π

51 Vltimo...55 homo] cf. Lomb., 214, 31 - 215, 7 54 ad...homo] cf. Gen., 1,
 25-27 2 Vtrum...Patris] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 28, 1, 1-2 (671-677); *S.th.*, I,
 33, 4

`innascibile' conuenit alii quam Patri, scilicet essentie et Spiritui Sancto; ergo non est notio Patris.

[3] Set in contrarium est quod dicit HILARIUS IV De Trinitate quod *est unus ab uno*, scilicet ab ingenito genitus, proprietate uidelicet in unoquoque innascibilitatis et originis. 20

[4] Responso. Videnda sunt tria: primum est quid importatur per `innascibile' uel `ingenitum'; secundum est, supposito quod illud sit priuatio, super quid fundatur; tertium erit id quod queritur, scilicet utrum `ingenitum' uel `innascibile' sit notio Patris. 25

[5] Quantum ad primum sciendum est quod `innascibile' seu `ingenitum' non important formaliter aliquid posituum. Quod patet, quia illud esset absolutum uel relatum; non absolutum, quia absoluta conueniunt omnibus Personis; `ingenitum' autem non conuenit Filio; ergo non dicit aliquid posituum absolutum. Item nec relatum, quia omnis relatio diuina realis est relatio principii uel principiati; set `ingenitum' non est relatio principii, tum quia secundum unam acceptionem conuenit Spiritui Sancto, qui non est alicuius Persone principium, tum quia si non esset nec esse posset nisi unum tantum suppositum absolutum, illud esset ingenitum et non esset principium; nec est relatio principiati, quia conuenit Patri, cui non conuenit esse principiatum; ergo `ingenitum' non dicit formaliter aliquid posituum absolutum uel relatum. Item nec dicit puram negationem, quia pura negatio potest competere enti et non-enti, sicut `non-lapis' uel `non-homo' potest dici de asino et chimera; set esse ingenitum non potest competere nisi enti; ergo non dicit puram negationem. Relinquitur ergo quod formaliter 30 35 40

34 quia] *coni.*: quasi π

20 est...uno] Hilar., *De Trin.*, IV, 33 (136, 14)

importat solam priuationem eius quod formaliter importatur per
 genitum, sicut `in corruptibile` importat formaliter solam
 45 priuationem eius quod formaliter importatur per `corruptibile`.
 Dico autem `formaliter`, quia ratione denominationis importat
 quasi materialiter subiectum uel suppositum cui conuenit talis
 priuatio. Qualiter autem nomen priuatiuum possit esse in diuinis,
 dictum est supra distinctione 13^a questione 3^a. Et sic patet primum.

50 [6] De secundo, scilicet super quid fundatur talis priuatio, sciendum
 quod non queritur de subiecto uel supposito cui conuenit talis
 priuatio (hoc enim est suppositum Patris secundum omne illud
 quod est positium in ipso, ut postea dicitur; omne enim quod est
 in Patre, ut in Patre est, ingenitum est); set queritur de ratione uel
 55 proprietate per quam conuenit Patri et hiis que in Patre sunt esse
 ingenitum. Et hanc oportet dare in omni priuatione, ut uidetur,
 quia omnis negatio reducitur ad affirmationem et omnis priuatio ad
 habitum.

[7] Et de hoc dicunt QUIDAM quod `ingenitum` fundatur super
 60 essentiam ut non ab alio; unde dato quod in diuinis non esset
 distinctio Personarum, set tantum unum suppositum, illud esset
 ingenitum, quia haberet essentiam non ab alio; set istud improbat
 ab ALIIS et rationabiliter, quia idem non est fundamentum sui
 ipsius. Nunc autem `ingenitum`, ut nunc de ipso loquimur, nichil
 65 aliud est formaliter quam esse non ab alio; ergo esse non ab alio
 non est fundamentum uel ratio quare aliquid dicatur `ingenitum`.

[8] Propter quod dicendum est aliter, quod ratio per quam aliqua
 priuatio conuenit alicui est illa per quam repugnat ei oppositus
 habitus; unde ratio per quam `ingenitum` conuenit cuius est illa per

48 Qualiter... diuinis] cf. supra, I, 13, 3, [4]-[7] (49rb-va)

quam repugnat ei esse genitum; ratio autem per quam repugnat alicui
esse genitum siue esse ab alio (sic enim nunc accepimus `genitum`)
forte non potest dari communis et uniuoce pro absolutis | et
relatiuis, quia esse ab alio sicut a causa, prout competit absolutis, et
esse ab alio sicut a principio quod non est a causa, prout est in
diuinis sola relatione distinctis, non dicitur uniuoce, 75
proportionabiliter tamen potest reddi ratio hinc et inde. In absolutis
enim ratio quare competit alicui esse ingenitum uel innascibile est
esse omnimode perfectum; per hoc enim repugnat cuilibet absoluto
esse ab alio. Cuius ratio est quia in absolutis distinctis per essentiam
quicquid est uel esse potest ab alio habet essentiam dependentem ab 80
alio in fieri uel in esse uel in utroque simul, quod est imperfectionis,
et per oppositum quod est omniquaque perfectum non est ab alio
dependens, nec in fieri nec in esse, propter quod non est ab alio
tanquam absolutum ab absoluto. Proportionabiliter autem potest dici
in relatiuis sola relatione originis distinctis, ut sunt Persone diuine, 85
quia in aliis relatiuis questio hec non habet locum pro eo quod in
creaturis relatiuum non est a relatiuo, nisi quia absolutum est ab
absoluto; supposita enim creata quorum est generare et generari sunt
distincta per naturas absolutas. Et dictum est qualiter talibus potest
competere `ingenitum`, et propter quam rationem. 90

[9] Set in diuinis habet specialem difficultatem; uidetur tamen quod
ratio per quam conuenit Persone diuine quod sit ingenita uel
innascibilis est autoritas uniuersalis principii uel primi principii, nec
ideo idem est fundamentum sui ipsius, quia non esse ab alio non est
de intrinseca ratione prima, ut postea patebit. Per hoc enim repugnat 95
tali Persone esse ab alio, quia si esset ab alio, non esset principium

72 uniuoce] *an scrib. uniuoca?*

illius, set econuerso, nec a se esse potest, quia nulla natura rei hoc patitur ut aliquid seipsum producat; ergo per hoc quod inter Personas diuinas aliqua habeat auctoritatem primi principii, conuenit
 100 ei quod non ab alio. Et ita conuenit ei quod sit ingenita et innascibilis, et hec auctoritas uidetur importare quasi omnimodam perfectionem, licet secundum ueritatem auctoritas originis non importet maioritatem perfectionis, ut dictum est distinctione 16^a questione 4^a.

105 [10] Contra hoc tamen uidetur esse dictum AUGUSTINI in VI De Trinitate, qui dicit quod *si Pater Filium non genuisset, nichil prohiberet* eum qui dicit quod si Pater Filium non genuisset, non habuisset auctoritatem uniuersalis principii; ergo talis auctoritas non est ratio qualiter Pater dicatur 'ingenitus'.

110 [11] Et dicendum ad hoc quod intentio AUGUSTINI solum est ibi quod 'paternitas' et 'ingenitum' non sunt una notio formaliter nec esse patrem est formaliter esse ingenitum, quod uerum est, licet 'paternitas' si nomines uniuersale principium, sit ratio quare Patri conueniat esse ingenitum; set quia quicquid IPSE intendat, ex dictis
 115 suis potest concludi contrarium, ut argutum est, ideo dicendum est quod paternitas uel auctoritas principii non est in omnibus, est quod aliquid sit ingenitum, quia non est ratio in absolutis; illis enim aliquid potest dici ingenitum, etiam si nullius sit principium, sicut si poneretur unum suppositum diuinum tantum absolutum et nullo
 120 modo aliud esset aut posset esse preter illud, certe illud esse ingenitum, et tamen nullius esset principium. Et sic procedit dictum AUGUSTINI, scilicet quod si Pater non genuisset Filium uel non produxisset Spiritum Sanctum, nichilominus esset ingenitum, set

102 secundum...perfectionis] cf. supra, I, 16, 4, [4] (54rb) 106 si...108 principii] cf. Aug, *De Trin.*, V, 6, 7 (211, 4-6)

certe tunc non esset Pater, quia non genuisset nec esset Persona
 distincta relatione originis ab alia, set tantum esset unum suppositum
 absolutum quod esset ingenitum ex eo quod haberet omnimodam
 perfectionem que esset possibilis stante hypothesi. Set supposito
 quod sint plures Persone diuine distincte relatione originis ita quod
 necesse est quod quelibet earum sit producens uel producta uel
 utrumque simul, ratio quare uni earum conueniat esse ingenitam
 respectu aliarum est ratio uniuersalis principii, nec hac ratione
 exclusa Pater esset ingenitus, quia omnino non esset Pater, cum
 constituatur in esse per relationem principii primi. Sic ergo patet
 secundum.

[12] De tertio sciendum quod sicut dictum fuit supra distinctione
 13^a, `ingenitum´ potest aliquid dici dupliciter: uno modo, quia est
 ab alio, set non per generationem, et sic `ingenitum´ non potest
 esse notio Patris nec ei conuenit, quia a nullo est, set conuenit
 Spiritui Sancto, licet non sit proprie | eius notio, quia talis negatio
 non importat dignitatem; alio modo dicitur aliquid `ingenitum´,
 quia omnino non est ab alio, et sic est notio Patris, quia inter
 omnes Personas diuinas soli Patri conuenit non esse ab alio. Et ita
 secundum DOCTORES sunt due proprie notiones Patris, qui est
 principium, non ex principio: una qua dicitur `principium´, et hec
 est paternitas; alia secundum quod non est ab alio principio, et hoc
 est `ingenitum´ uel `innascibilitas´. Et confirmatur tali persuasione:
 illud non proprie potest dici `ingenitum´ quod per generationem
 procedit aut generationem supponit uel quod per generationem
 communicatur; Filius autem per generationem procedit; processio
 autem Spiritus Sancti generationem supponit, essentia uero per

¹³⁶ `ingenitum´...dupliciter] cf. supra, I, 13, 3, [4]-[7] (49rb-va)

generationem communicatur Filio; et ideo nichil horum proprie potest dici `ingenitum`. Pater autem non gignitur, ut Filius, nec generationem supponit, ut Spiritus Sanctus, nec per generationem communicatur, ut essentia in Filio; propter quod patet <quod> 155 proprie potest dici `ingenitus`.

[13] Ad primum argumentum dici potest [dici] quod `ingenitum`, prout conuenit Patri, tanquam notio includit in se `improcessibile`; dicitur enim `ingenitus`, quia est non ab alio per quemcunque modum, scilicet nec `genitus` nec `procedens`; propter quod in 160 `ingenito` includitur `improcessibile`.

[14] Ad secundum dicendum quod nec essentie nec Spiritui Sancto conuenit esse `ingenitum`, ut ponitur notio Patris; Spiritus enim Sanctus est ab alio; essentia autem diuina, licet absolute non est ab alio, tamem ut in Filio est, est in ipso per generationem, non quidem 165 producta, set communicata; <ergo> etc.

Questio secunda

Vtrum `ingenitum` sit proprietas Patris constitutiua

[1] Ad secundum sic proceditur. Et uidetur quod `ingenitum` seu 5 innascibilitas sit proprietas constitutiua Patris, quia prima Persona constituitur per primam proprietatem; set Pater est prima Persona, innascibilitas uero est prima proprietas; ergo etc. Maior patet. Set minor probatur quantum ad hanc partem quod innascibilitas sit prima proprietas; alia enim pars plana est, scilicet quod Pater sit

154 quod²] *suppl.*: om π 165 ergo] *suppl.*: om π 2 sit] *scr.*: fit π | Patris] *scr.*: partis π 6 proprietatem] *con.*: improprietatem π

prima Persona. Quod autem innascibilitas sit prima proprietas, 10
 probatur multipliciter, primo sic: illud quod est ultimum in
 resolutione est primum in compositione; set innascibilitas est
 ultimum in resolutione, quia illud est ultimum in resolutione in quo
 statur nec contingit ulterius querere; set perueniendo ad
 innascibilitatem statur; `innascibile` enim est quod non 15
 communicatur Filio, innascibilitas autem non potest communicari
 Filio; ergo non est posterior filiatione et paternitate; ergo est prior et
 sic idem quod prius. Item si innascibilitas esset posterior filiatione,
 dependeret ab ea; set hoc est falsum; ergo etc. Tertio sic: si
 innascibilitas esset posterior paternitate et filiatione aut esset medium 20
 inter filiationem et communem spirationem aut in eodem gradu cum
 spiratione actiua aut posterior; non potest dici quod sit medium, quia
 tunc communis spiratio conueniret Filio per innascibilitatem, quod
 falsum est, nec sunt in eodem gradu cum unum sit affirmatiuum,
 reliquum priuatiuum, que non possent esse eiusdem gradus, nec est 25
 posterior spiratione actiua, quia esset posterior spiratione passiuua
 cum dicantur relatiue et sint simul; hoc autem est absurdum, scilicet
 quod innascibilitas, que est proprietas solius Patris, sit posterior
 proprietate Spiritus Sancti; ergo innascibilitas nullo modo sequitur
 filiationem aut paternitatem; precedit ergo et sic prima proprietas etc. 30
 Quarto, quia illud est prius quod plus habet de ratione primi; set
 innascibilitas plus habet de ratione primi quam paternitas; ergo etc.
 Minor probatur, quia plus est de ratione primi quod non sit ab alio |
 quam quod ab ipso sit aliud, quia Christus dicitur *primogenitus* matris, 35
 MATTHEI 1° et LUCE 2°, ex eo quod ante eum non fuit alius, et non

34 Christus...matris] cf. Matth., 1, 25; Lc., 2, 7

quia post ipsum fuit alius; ergo etc. Sic ergo probata est minor; sequitur ergo conclusio.

[2] In contrarium arguitur quia Persone diuine constituuntur per se relationibus; set paternitas est relatio per se, innascibilitas uero non est relatio nisi per reductionem, sicut reducitur negatio ad affirmatiuam uel priuatio ad habitum; ergo Pater prius et magis per se constituitur per paternitatem quam per innascibilitatem.

[3] Responso. QUIDAM dicunt quod Pater per prius constituitur in esse personali per innascibilitatem quam per paternitatem. Quorum una ratio est illa que posita est in arguendo. Sunt etiam alie plures addite ad idem. Quarum prima talis est: sicut se habet habere esse ad communicare, ita modus habendi ad modum communicandi; set habere esse prius est quam communicare esse; ergo modus habendi est prior quam modus communicandi; set innascibilitas dicit modum quo Pater habet esse, scilicet non ab alio, paternitas uero dicit modum communicandi esse, scilicet per generationem; ergo prius est innascibilitas quam paternitas; set per primam proprietatem constituitur prima Persona; ergo etc. Secunda talis est: illud quod est alteri ratio essendi est prius illo; set innascibilitas est Patri ratio generandi et per consequens ratio paternitatis; ergo innascibilitas est prior paternitate et sic idem quod est prius. Minor probatur dupliciter: primo, quia sicut se habet genitus ad non-generare, ita ingenitus ad generare; set Filius, quia genitus, non generat; ergo Pater, quia ingenitus, generat. Secundo, quia sicut se habet non-spiratus ad spirare, ita ingenitus ad generare; set Filius, quia non-spiratus spirat, ergo Pater, quia ingenitus, generat. Et hec fuit minor. Tertia talis est: illa que sunt in Deo perfectiora minus possunt communicari creaturis; set paternitas communicatur creaturis, non autem innascibilitas; ergo innascibilitas est perfectior

quam paternitas; set per proprietatem perfectiorem prima
constituitur Persona; ergo etc. 65

[4] ALII dicunt quod innascibilitas non primo constituit Personam
Patris, imo omnino non constituit. Et hoc michi uidetur uerius.
Cuius ratio est quia illud quod de se nichil ponit, set supponit non
potest constituere primam Personam in diuinis; set innascibilitas 70
nichil ponit, set supponit; ergo etc. Maior patet, quia posituum
oportet constitui a posituo aliquo et primum a primo; quod autem
nichil ponit non est posituum, quod uero supponit aliud non est
primum; ergo quod nichil ponit, set supponit non potest
constituere primam Personam in diuinis, tum quia positua est, tum 75
quia prima. Minor similiter clara est ex ratione terminorum;
innascibilitas enim uel est negatio uel priuatio; neutro autem modo
ponit aliquid, set supponit subiectum uel aliquam proprietatem per
quam conueniunt substantie; quare etc. Videtur hec ratio
sufficenter concludere quod innascibilitas non solum non 80
constituit primo Personam Patris, quia non est proprietas prima,
imo nichil facit ad eius constitutionem, quia non est positua
proprietas; ad constitutionem enim positiui nichil facit nisi quod est
posituum; unde sicut ad constitutionem Spiritus Sancti nichil facit
quod ab ipso non est alius, ita ad constitutionem Patris nichil facit 85
quod ipse non est ab alio, quod est esse innascibilem uel ingenitum.
Item illa proprietas per quam una Persona non coexigit aliam non
est constitutiua Persone; set innascibilitas est huiusmodi; ergo etc.
Maior patet, quia cum Persona diuina sit relatiua, necessario
coexigit aliam, quod oportet esse ratione proprietatis constituentis 90
ipsam. Minor etiam manifesta est, quia Pater ratione innascibilitatis
solum negat Personam a qua fit, et non ponit aliquam.

[5] Ad primum argumentum principale est dicendum per

interemptionem minoris, scilicet quia innascibilitas non est prima
 95 proprietas. Et cum probatur quia illud quod est ultimum in
 resolutione est primum in compositione, concedatur tunc ad
 minorem per interemptionem: innascibilitas non est ultimum in
 resolutione, imo nec est aliquid eorum que sunt in resolutione, quia
 nec est aliquid eorum que sint in compositione; negatio enim et
 105 priuatio licet possint consequi ad ea que intrant compositionem, l
 nunquam tamen sunt de compositione rei, nec per consequens fit
 in ea resolutio per se. Et quod probatur ulterius quia illud est
 ultimum in resolutione in quo statur, nec contingit ulterius querere,
 dicendum quod ista resolutio aut intelligitur de resolutione prime
 110 Personae in ea que ipsam constituunt, aut de resolutione diuinarum
 Personarum in primam, que resolutio fit secundum rationem
 producentis et producti, in qua resolutione fit status in primo
 producenti; si intelligatur de prima resolutione, que est Personae
 prime in constituentia ipsam, sic nullo modo fit resolutio in
 115 innascibilitatem, nec in ipsa statur, quia non cadit in
 constitutionem, ut prius dictum est, set fit resolutio in paternitatem
 et in ipsa statur, quia licet `paternitas` secundum communem
 rationem nominis dicat tantum relationem fundatam super
 potentiam uel actum generandi, tamen, ut in diuinis accipitur, dicit
 120 plus, scilicet relationem fundatam super uniuersalitem principii
 uel super primitatem principii omnium originum diuinarum. In
 primo autem et uniuersali principio semper est status; non enim
 esset principium omnium, si in eo non staretur, set esset ab alio;
 propter quod in paternitate sic accepta statur sicut in prima
 proprietate constituente Personam Patris, non autem in
 innascibilitate. Si uero fiat reductio uel resolutio Personarum
 diuinarum in primam, sic statur in Patre. Set de hoc nichil ad

propositum, nisi diceretur quod in Patre est status quatenus est innascibilis, et non quatenus Pater. Set hoc exclusum est per hoc quod dictum est quod `paternitas` dicit proprietatem fundatam super uniuersalitem principii, in qua ratione statur, nec est ulterius querere in diuinis, set licet in innascibili sit status, non tamen ratione innascibilitatis, quia potest ulterius queri quare sit innascibilis, quia omnis priuatio habet causam; causa enim uel ratio innascibilitatis est uniuersalitas principii et non econuerso, quia negatio uel priuatio nullius positiui est per se ratio uel causa, set econuerso.

[6] Ad secundam probationem eiusdem minoris, cum dicitur si innascibilitas esset posterior paternitate etc., dicendum quod in diuinis non est prius et posterius secundum rem, licet sit ibi ordo originis quo unum est ab alio. Est tamen in diuinis dare prius et posterius secundum modum intelligendi, et hic ordo est inter illa quorum intellectus unus supponit intellectum alterius. Hec enim ratio eorum que se habent secundum prius et posterius, quod posterius supponit suum prius. Dicendum ergo quod paternitas et innascibilitas generaliter sumpta non habent inter se ordinem ita ut unum sit prius altero, quia quodlibet potest inueniri sine altero; aliquis enim est pater, quia non est innascibilis, ut est in hominibus, et `innascibile` posset alicui conuenire sine paternitate, sicut si esset in diuinis unum suppositum absolutum; unde intellectus unius non supponit intellectum alterius; propter quod non habent inter se aliquem ordinem prioris et posterioris. Tamen ista ut conueniunt diuinis, inter se habent ordinem prioris et posterioris; paternitas enim hoc modo prior est innascibilitate, quia `paternitas` dicit primam relationem fundatam super autoritatem principii

135 Est] *coni.*: Et π

150 uniuersalis, `innascibilitas' uero dicit priuationem essendi ab alio;
 per prius enim et essentialius conuenit uniuersali principio esse
 principium primi producti quam non esse ab alio. Et ideo
 paternitas est prior innascibilitate. Et cum dicis "ergo filiatio
 similiter esset prior", concedatur; et cum subditur: omne quod est
 155 posterius filiatione est communicabile Filio, uerum est in posituiis,
 non autem in negatiuis uel priuatiuis, quia negatio et priuatio non
 possunt communicari, nisi ratio per quam inest subiecto sit
 communicabilis. Et quia autoritas principii uniuersalis super quam
 fundatur innascibilitas non est communicabilis Filio, ideo nec
 160 innascibilitas.

[7] Quod dicitur tertio, si innascibilitas esset posterior paternitate et
 filiatione etc., dicendum quod innascibilitas nec est media inter
 filiationem et spirationem, nec est simul cum spiratione, nec
 posterior est, quia etsi ipsa possit habere aliquem ordinem ad
 165 filiationem ratione paternitatis, cum qua filiatio est simul, tamen
 nullum omnino ordinem habet ad spirationem actiuam uel
 passiuam.

π81ra [8] Et ad illud quod quarto dicitur quod innascibilitas | habet plus de
 ratione primi quam paternitas, dicendum quod est falsum, quia ratio
 170 `primi' non consistit in non-esse ab alio, tum quia ratio `positiui'
 totaliter consistit in eo quod positium est, `primum' autem dicit
 quid positium et ideo non-esse ab alio nullo modo est intrinsece de
 ratione `primi', tum quia si esset unum tantum, illud esset innascibile
 uel non ab alio, non tamen primum. In quo ergo consistit ratio
 175 `primi'? Dicendum quod cum `primum' sit nomen ordinis, primum
 est ex quo uel post quod omnia alia sunt. Et uerum est quod ad hoc
 sequitur quod a nullo sit, set non est hoc intrinsece de ratione primi,
 set est proprietates concomitans. Constat autem quod paternitas, que

est proprietas originis respectu alterius, magis participat rationem
 `primi' iam dictam quam innascibilitas. Et quod dicitur ulterius, 180
 quod Christus dicitur *primogenitus* etc., dicendum quod Scriptura
 non semper seruat proprium modum loquendi. Et iterum licet non
 fuerit post ipsum Christum alius a matre genitus, potuit tamen esse
 quantum fuit ex cursu nature; et hoc minuit improprietatem modi
 loquendi. 185

[9] Ad rationes contrarie opinionis. Ad primam concedo totum
 usque ibi: "`innascibilitas' dicit modum habendi esse, `paternitas'
 uero modum communicandi". Et istud est negandum; `innascibilitas'
 enim non dicit formaliter modum habendi esse, set modum non
 habendi, `paternitas' uero modum communicandi non dicit, set 190
 proprietatem Persone communicantis. Set `uniuersalitas principii'
 dicit modum habendi esse, scilicet ut in fonte, et ideo hec secundum
 modum intelligendi precedit utrumque, scilicet paternitatem et
 innascibilitatem tanquam fundamentum utriusque. Posset etiam dici
 quod in absolutis prius est habere esse et modum habendi quam 195
 communicare esse et modum communicandi; set in hiis que
 constituuntur in esse per communicare esse, sicut sunt Persone
 diuini, que constituuntur in esse personali per dare esse et accipere
 esse, non est uerum, set sunt simul secundum intellectum uerum
 habere esse et communicare esse, modus habendi et modus 200
 communicandi; unde preter falsitatem minoris maior etiam non est
 uniuersaliter uera.

[10] Ad secundum dicendum per interemptionem minoris, quia
 innascibilitas non est paternitati ratio essendi. Ad probationem, cum
 dicitur: "sicut se habet genitus ad non-generare, ita genitus ad 205

181 primogenitus] cf. Matth., 1, 25; Lc., 2, 7

generare", dicendum quod falsum est, quia affirmatio potest esse causa negationis et non econuerso; unde esse genitum potest esse ratio non generandi. Ex eo enim quod est aliquid genitum, habet quod non sit uniuersale principium, et per consequens quod non sit Pater, prout paternitas sumitur in diuinis modo superius dicto; set
 210 `ingenitum` inquantum huiusmodi nullius affirmatiui est causa seu ratio, set solum negat esse ab alio. Et quod dicitur postea: "Filius, quia non spiratus, spirat; ergo Pater, quia non genitus, generat", dicendum quod antecedens est falsum; Filius enim spirat, quia habet
 215 uirtutem spirandi, et non quia non est spiratus; oportet enim positiui esse causam positiuam et non negatiuam tantum.

[11] Ad tertium dicendum quod sola positiua directe et formaliter important perfectionem et ideo inter positiua que Deo conueniunt illa sunt perfectiora que minus possunt communicari creaturis, sicut
 220 omnipotentia perfectior est quam sapientia. Si autem alterum sit positiuum et non communicabile, alterum uero priuatiuum et incommunicabile, non propter hoc illud negatiuum, quantum ad hoc quod dicit formaliter, erit perfectius positiuo, quia negatio nullam perfectionem ponit, licet forte aliquid supponat perfectius illo
 225 positiuo. Et hoc modo `ingenitum` uel innascibilitas supponit uniuersalitatem principii que est incommunicabilis et aliud perfectius uel quasi perfectius secundum modum intelligendi quam paternitas absolute dicta; ipsa tamen innascibilitas quantum ad illud quod dicit formaliter non est perfectior paternitate, set e conuerso. Item cum
 230 dicitur in minori quod paternitas est communicabilis, uerum est secundum generalem rationem nominis, set prout est proprietas

213 quia²] scr.: qpia π

fundata super auctoritatem primi principii uniuersalis, non potest communicari, sicut nec innascibilitas.

I Questio tertia

Vtrum `ymago` dicatur in diuinis essentialiter an personaliter

235

π81va

[1] Postea queritur de `ymagine`, utrum dicatur in diuinis essentialiter an personaliter. Et uidetur quod essentialiter, quia illud quod conuenit tribus Personis est essentialiter, set esse ymaginem conuenit tribus Personis; ergo etc. Minor probatur per illud quod dicitur Gen. 1^o: *Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram*; et AUGUSTINUS dicit De fide ad Petrum quod *una* est *Sancte Trinitatis diuinitas* et ymago ad quam factus est homo; quare etc.

5

10

[2] In contrarium est quod dicit AUGUSTINUS: *Quid est absurdius quam ymaginem ad se dici?* Ergo dicitur relatiue; set relatiua in diuinis sunt personalia; ergo etc.

[3] Responsio. Videnda sunt tria: primum est quid sit de ratione `ymaginis`; secundum utrum conueniat diuinis; tertium an sit proprium Filii.

15

[4] De primo dictum fuit supra distinctione 3^a questione 1^a, scilicet quod de ratione ymaginis sunt duo: unum est quod illud quod dicitur `ymago` sit simile illi cuius est ymago; aliud est quod ab eo sit

20

6 Personis] *coni.*: personalis π

2 Vtrum...personaliter] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 28, 2, 2 (679-680); *S.th.*, I, 35, 1
8 Faciamus...nostram] Gen., 1, 25 9 una...homo] cf. Ps.-Aug (Fulgent. Rusp.), *De fide ad Petrum*, 5 (715, 126-131) 12 Quid...dici] Aug., *De Trin.*, VII, 1, 2 (247, 89) 19 de...21 exemplariter] cf. supra, I, 3, 2, 1, [5]-[6] (23rb-va)

productum effectiue uel exemplariter, ut plenius deductum fuit prius.
 [5] Quantum ad secundum uidetur esse dicendum quod `ymago´ non
 conueniat proprie diuinis, prout tamen conuenit, dicitur personaliter
 et non essentialiter. Primum patet, quia si esse ymaginem conueniret
 25 diuinis proprie, aut conueniret Deo respectu creature aut uni Persone
 diuine respectu alterius; non primo modo, quia ymago est aliquid
 productum ad imitationem alterius cuius est ymago; set nichil
 diuinum est productum ad imitationem creature, set potius e
 conuerso creatura producta est ad imitationem diuine nature; ergo
 30 Deus non est ymago creature, set potius creatura Dei est ymago;
 uerumtamen sicut exemplar uocamus quandoque nomine `exempli´,
 quamuis improprie, sic illud cuius est ymago uocamus quandoque
 nomine `ymaginis´, et hoc modo sumitur `ymago´ Gen. 1^o et ab
 AUGUSTINO libro De fide ad Petrum in autoritate prius
 35 allegata.

[6] Item nec una Persona potest proprie esse ymago alterius Persone
 diuine, quia `ymago´ importat similitudinem ad illud cuius est ymago;
 ubi ergo non est propria similitudo, ibi non est proprie ymago; set in
 una Persona respectu alterius non est propria similitudo; ergo etc.
 40 Probatio minoris, quia propria similitudo non est inter Personas
 diuinis quo ad relationes originis, quia secundum AUGUSTINUM *quis*
de quo sit, non est equalitatis aut similitudinis, set oportet quod
 attendatur secundum essentiam acceptam sub ratione quantitatis uel
 uirtualis uel perfectionalis, ut dictum fuit prius, ubi etiam dictum fuit
 45 quod `similitudo´ proprie dicta differt ab `identitate´ qua unum
 numero dicitur idem sibi ipsi quantum ad duo, scilicet quantum ad

38 propria] *an scrib.* proprie?

41 quis...sit] Aug, *De Trin.*, II, 1, 3 (84, 61) 42 oportet...48 distinctionem] cf.
 supra, I, 19, 1, [6] (63vb-64ra)

distinctionem extremorum et quantum ad fundamentorum
 distinctionem, quia in `similitudine` proprie dicta prout reperitur in
 creaturis, que sunt nobis notiores et quibus nomina imponimus,
 primo est distinctio fundamentorum et extremorum, in identitate 50
 autem nichil horum distinguitur secundum rem; propter quod ubi
 inuenitur unum numero fundamentum cum distinctione
 extremorum, sicut in diuinis, ibi non est totalis identitas propter
 distinctionem extremorum nec proprie similitudo propter
 identitatem fundamenti, set est media conuenientia inter identitatem 55
 et similitudinem, minor totali identitate et maior similitudine. Patet
 ergo quod una Persona non est alii similis proprie, set est plus quam
 similis, quia uere Persona una est eadem cum alia in essentia, et per
 consequens una non est proprie ymago alterius, quia una non
 imitatur aliam in essentia cum nunquam sit proprie imitatio 60
 secundum unum et idem numero, accipiendo tamen `ymaginem` et
 `similitudinem` pro summa conuenientia in una forma et natura,
 inuenitur in diuinis ymago et similitudo, que tamen est aliquid potius
 ymagine uel similitudine, et `ymago` sic accepta dicitur in diuinis
 solum personaliter. Quod sic patet, quia ymago est aliquid 65
 productum ad alterius imitationem; set esse productum non conuenit
 nisi Persone; | ergo etc. Et sic patet secundum. ¶81vb

[7] Circa tertium notandum quod esse `ymaginem` conuenit tam
 Filio quam Spiritui Sancto, Filio tamen magis competit per
 appropriationem. Primum patet: omne productum in similitudine et 70
 equalitate ad alterum est eius ymago; in hoc enim consistit ratio
 `ymaginis`; set Spiritus Sanctus producitur in similitudine et
 equalitate ad Patrem sicut Filius; ergo quilibet potest dici ymago

73 ergo... alius] cf. Ioh. Damasc., *De fide orthodox.*, 13 (61, 88)

Patris unus sicut alius; et hoc sic expresse dicit DAMASCENUS et
 75 DOCTORES GRECI. Secundum patet, scilicet quod solus Filius per
 appropriationem dicitur Ymago, quia etsi Spiritus Sanctus est similis
 Patri ut Filius, tamen Filius ex ipsa ratione nominis habet quod sit
 similis Patri et quod producat in similitudinem Patris; dicitur enim
 Filius, quia sit ut ille; Spiritus autem Sanctus non hoc ex ratione sui
 80 nominis habet, et de se patet, nec ex modo processionis sue cum
 non procedat ex modo nature, qui est modus assimilationis in
 generatione perfectorum, set per modum uoluntatis; per uoluntatem
 autem producit non quale est producens, set quale uult producere.
 Et ideo solus Filius per quandam appropriationem dicitur Ymago,
 85 non autem Spiritus Sanctus. Et sic loquitur Scriptura de Filio
 Col. 1^o: *Qui est Ymago inuisibilis Dei*, et beatus AUGUSTINUS De
 Trinitate VI, qui dicit quod *solus Filius est Ymago Patris*.
 [8] Ad argumenta patet solutio ex iam dictis.

86 Qui] *scr. am Paulo: quæπ*

86 Qui...Dei] Paul., *Col.*, 1, 15 87 solus...Patris] Aug., *De Trin.*, VI, 2, 3 (230, 24-25)

Distinctio 29^a

Sententia huius distinctionis in generali et speciali

[1] *Est preterea aliud nomen* etc. Superius MAGISTER determinauit de
innascibilitate, que est proprietas Persone, non personalis; hic uero 5
determinat de alia proprietate, scilicet de notione que non est
proprietas Persone, quia uni tantum Persone non conuenit nec
proprietas personalis, quia nullam Personam constituit, scilicet de
communi spiratione, que designatur cum dicitur: "Pater et Filius sunt
unum principium Spiritus Sancti". Et diuiditur ista pars in duas: 10
primo enim ostendit quomodo nomen `principii` de Deo dicatur; et
quia Deus dicitur principium quandoque ex tempore, quandoque ab
eterno, ideo secundo ostendit qualiter aliquid de Deo dici potest ex
tempore. Secunda incipit in principio 30^e distinctionis ibi: *Sunt*
quedam. Prima est presentis lectionis et diuiditur in duas: primo 15
inquirunt quot modis dicatur Deus esse principium; secundo
prosequitur diuisionis partes. Secunda incipit ibi: *Et Pater ab eterno*. Et
diuiditur in duas: primo ostendit qualiter Deus dicatur principium
creature; secundo qualiter una Persona dicatur principium alterius.
Secunda ibi: *Deinde in eodem*. Hec secunda diuiditur in duas: primo 20
ostendit quod Pater dicitur esse principium Filii, et Pater et Filius
Spiritus Sancti esse principium, non tamen essentielle, set notionale;
secundo ostendit qua notione Pater dicatur esse principium Filii et
Pater et Filius Spiritus Sancti sint principium. Secunda incipit ibi:
Qua igitur notione. Et hec est diuisio presentis lectionis in generali. 25

14 Sunt] *scr. am Lombardo*: dicunt π 25 igitur] ergo *Lomb.*

4 Est...nomen] *Lomb.*, 215, 11 | Superius...personalis] cf. *Lomb.*, 209, 10 -
215, 7 14 Sunt quedam] *Lomb.*, 220, 4 17 Et¹...eterno] *Lomb.*, 216, 6
20 Deinde...eodem] *Lomb.*, 217, 23 25 Qua...notione] *Lomb.*, 218, 10

[2] In speciali sic procedit MAGISTER. Et proponit quod `principii`
 nomen dicitur relatiue in diuinis; importat enim relationem ad
 creaturas uel relationem Personarum adinuicem. Deinde dicit quod
 30 quolibet Persona et tota Trinitas dicitur principium creaturarum et
 eorum que naturaliter esse habent, non autem peccatorum que
 naturam uitiant, et hoc ratione creationis, propter quam creationem
 relatio intelligitur inter Deum et creaturas; sunt enim omnes Persone
 unum principium respectu creature, et hoc ex tempore, non ab
 eterno. Postea dicit quod Persona est principium alterius; Pater enim
 35 est principium Filii, quia ipsum genuit, et Pater et Filius sunt
 principium Spiritus Sancti, quia ab eis procedit. Sunt autem Pater et
 Filius unum principium Spiritus Sancti; dicitur autem una Persona
 principium alterius, non ex tempore, set ab eterno, non essentialiter,
 set notionaliter respectu alterius. Vltimo dicit qua notione una
 40 Persona dicitur principium alterius, quia Pater eadem notione est
 principium Filii qua ipse est Pater, scilicet generatione actiua;
 similiter Pater et Filius una et eadem notione sunt principium
 Spiritus Sancti, quia non prius procedit ab una Persona quam ab alia.
 Illa autem notio non erat nominata tempore MAGISTRI.

45

Questio prima

Vtrum Persona possit dici principium alterius

2 principium] *scr.*: prinpium π

26 Et...28 adinuicem] cf. Lomb., 215, 10-22 28 Deinde...34 eterno] cf.
 Lomb., 215, 24 - 216, 26 34 Postea...39 alterius] cf. Lomb., 216, 26 - 218, 7
 39 Vltimo...43 alia] cf. Lomb., 218, 9 - 219, 18 2 Vtrum...alterius] cf. Thom.,
Super Sent., I, 29, 1, 1 (689-690); *S.th.*, I, 33, 1

- [1] Circa hanc distinctionem queritur primo utrum una Persona possit dici principium alterius. Et uidetur quod non, quia principium et causa idem sunt, ut dicitur V *Metaphisice*; set una Persona non est causa alterius, quia in diuinis nichil est causatum; igitur etc. 5
- [2] Item sicut Deo conuenit esse principium, ita et esse finem secundum illud *Apocalypsis* 1^o: *Ego sum alpha et o*, principium et finis; set una Persona non est finis alterius; ergo nec principium. 10
- [2] In contrarium est quod dicit AUGUSTINUS IV *De Trinitate* quod *Pater est principium totius deitatis*.
- [4] Responso. Videnda sunt duo: primum est an ratio principii reperiatur in diuinis respectu diuinorum; secundum est utrum ratio principii sit uniuoca cum dicitur: "Pater est principium Filii", et cum dicitur quod Deus est principium creaturarum. 15
- [5] Quantum ad primum sciendum quod cum uoces sint signa rerum, in diuinis autem est unitas essentie et pluralitas Personarum, ideo cauenda sunt nomina que tollunt unitatem essentie aut diuisionem Personarum. Quo supposito dicendum est quod in diuinis est principium respectu diuinorum, non autem causa. 20
- Primum patet, quia secundum PHILOSOPHUM V *Metaphisice* *principium est unde est* aliquid; set in diuinis una Persona est ab alia; ergo una Persona est principium alterius. Secundum, quia causa et causatum distinguuntur per essentiam; set in diuinis nulla est distinctio per essentiam; ergo in diuinis non est causa neque causatum. Minor de se patet. Set maior probatur, quia causa est ad cuius esse sequitur aliud; ubi est ergo uera causa et 25

8 Deo] *omni*: ideo π

5 principium²...sunt] cf. Arist., *Metaph.*, V, 1, 1013a17 9 Ego...o] *Apoc.*, 1, 8
 12 Pater...deitatis] cf. Aug., *De Trin.*, IV, 20, 29 (200, 121-122)
 23 principium...aliquid] cf. Arist., *Metaph.*, V, 1, 1013a18

uerum causatum, ibi est uere esse precedens et esse sequens, uel
 30 saltem secundum naturam, quia esse effectus sequitur ordine
 nature esse cause, ut ratio cause indicat; set ubi est unitas essentie,
 ibi non potest esse unum precedens et aliud sequens, quia esse
 absolutum non est nisi unum, esse uero relata non precedunt se
 aliquo modo, set sunt simul natura et intellectus; igitur ubi est unitas
 35 essentie, ibi non potest esse proprie causa et causatum, set solum in
 distinctis per essentiam. Et hec fuit maior; ergo sequitur conclusio.
 Et sic patet primum principale.

[6] Quantum ad secundum dicunt QUIDAM quod nomen `principii`
 dicitur uniuoce cum dicimus quod Deus est principium
 40 creaturarum, et cum dicimus quod una Persona est principium
 alterius. Quod probant sic: illud quod non uariat conceptum minus
 communem, neque magis communem; que enim sunt unus
 triangulus sunt una figura, set non econuerso, ut patet ex V
 Methaphisice capitulo de uno; set causa est minus commune
 45 quam principium (nam omnis causa est principium, set non
 econuerso); ergo quod non uariat conceptum cause nec principii;
 set causare in aliena natura et in propria non uariat conceptum
 cause (nam causa uniuoca et equiuoca pertinet ad idem genus
 cause, et uniuoce, scilicet ad genus cause efficiens); ergo principiari
 50 in natura sua, ut in diuinis, et in aliena, ut respectu creaturarum,
 non uariat conceptum principii quin sit hinc inde uniuocus.

[7] Set istud non ualet, quia licet principiari in natura sua uel aliena,
 dummodo utraque differunt secundum numerum, non uariat
 rationem cause uel principii, tamen principiari in natura sua eadem

29 precedens] *coni.*: procedens π

42 que...econuerso] cf. Arist., *Metaph.*, V, 6, 1016a31-32

secundum numerum et in aliena uariat rationem principii uariatione
que est secundum quid et simpliciter, ut patebit. 55

[8] Dicendum est ergo quod nomen `principii`, cum dicitur Deus
esse principium creaturarum, et cum dicitur unam Personam esse
principium alterius, non dicitur uniuoce. Quod patet sic: `potentia`
dicit absolute rationem principii, ut patet ex eius diffinitione, que 60
ponitur V Methaphisice, que est quod potentia est principium
transmutandi alterum et transmutandi ab altero. Sic igitur est
iudicandum de principio respectu diuinorum et respectu
creaturarum, sicut de potentia generandi uel spirandi, que est in
diuinis respectu diuinorum, et de potentia creandi, que est in Deo 65
respectu creaturarum. Set `potentia` non dicitur uniuoce <de>
potentia generandi et potentia creandi (alioquin potentia generandi |
contineretur sub omnipotentia, sicut potentia creandi, cuius
oppositum ostensum fuit supra distinctione 20^a questione 1^a); ergo
`principium` non dicitur uniuoce de potentia generandi et spirandi, 70
quod est intrinsece in diuinis respectu diuinorum, et de principio
creandi, quod est respectu creaturarum, set dicitur analogice
secundum prius et posterius.

[9] Cui autem competat ratio principii et potentie per prius, puto
quod principio, et potentie creandi. Cuius ratio est quia ibi per prius 75
inuenitur ratio potentie et principii productiui ubi producitur per
potentiam uel principium simpliciter aliud uel alterum; ibi uero
inuenitur per posterius ubi producitur secundum quid aliud uel
alterum. Quod patet ex duobus, scilicet ex eo quod `simpliciter`
precedit `secundum quid`, et ex eo quod tam `potentia` quam 80

66 de] *suppl.*: om. π

59 `potentia` ...62 altero] cf. Arist., *Metaph.*, V, 12, 1019a15-20 67 alioquin...69
1a] cf. supra, I, 20, 1, [6]-[9] (67rb)

`principium' productiuum dicitur ad aliud, ut patet ex diffinitionibus
 eorum; set in productione creaturarum a Deo producitur simpliciter
 aliud per potentiam seu principium creandi, ut de se patet, in
 productione uero Persone a Persona non producitur simpliciter aliud
 85 per principium seu potentiam generandi uel spirandi; ergo
 principium et potentia per prius dicuntur de principio et potentia
 creandi respectu creaturarum quam de principio et potentia
 generandi uel spirandi respectu diuinorum.

[10] Set contra hoc uidentur esse duo. Primum est quia illa que
 90 sonant perfectionem per prius magis conueniunt Deo quam creaturis
 (perfectiones enim deriuantur a Deo in creaturas, et non econuerso);
 set esse principium sonat perfectionem; ergo per prius conuenit Deo
 quam creaturis; ergo principium in diuinis respectu diuinorum per
 prius dicitur `principium' quam respectu creaturarum. Secundo, quia
 95 esse principium respectu Persone reperitur in Deo ab eterno, esse
 autem principium creature conuenit Deo ex tempore; set ea que
 conueniunt Deo ab eterno per prius conueniunt ei quam ea que
 conueniunt ei ex tempore, sicut eternitas precedit tempus; ergo etc.
 Tertio, quia idem nomen competens cause et effectui per prius
 100 competit cause quam effectui; set principiatio in diuinis est causa
 principationis creaturarum; ergo principium et principiatio per prius
 competit Deo respectu diuinorum quam respectu creaturarum.

[11] Et dicendum ad primum quod ratio non plus concludit nisi
 quod ratio principii per prius et uerius conuenit Deo quam creaturis.
 105 Et istud uerum est, quia per prius et uerius dicitur Deus `principium'
 creaturarum quam una creatura dicatur `principium' alterius creature;
 set ex hoc non debet concludi quod una Persona dicatur uerius
 `principium' alterius Persone quam Deus dicatur `principium'
 creature, quia etsi `principium' uerius dicatur de Deo quam de

creaturis, non tamen respectu diuinorum, quia si principium sonat perfectionem, ut arguitur, principium sonat defectum, qui nullo modo est in diuinis. 110

[12] Ad aliud dicendum quod dato quod Persona fit a Persona ab eterno, creatura autem non fit a Deo nisi ex tempore, non tamen sequitur quod `principium` uerius et prius dicatur de Persona respectu Persone quam de Deo respectu creature. Cuius ratio est quia nos non querimus de priori et posteriori secundum durationem, set secundum proprietatem participationis eius quod importatur per nomen. Et isto modo nichil prohibet quod illud quod est posterius duratione sit prius participatione nominis, sicut Sortes, qui fuit heri, uerius et prius dicitur `ens` quam motus celi, qui fuit a principio mundi. Similiter nichil prohibet quod ratio principii uerius et sic per prius conueniat Deo ex tempore respectu creature quam conueniat uni Persone respectu alterius ab eterno. 115
120

[13] Ad tertium dicendum quod maior est falsa; `sanum` enim dicitur de medicina et de animali et `calidum` de sole et igne, sicut de causa et effectu, et tamen prius dicitur animal `sanum` quam medicina et ignis `calidus` quam sol, quia res nominis in eis uerius inuenitur. Minor etiam dubia est et forte falsa, quia Deus est principium creaturarum secundum illud quod est commune Personis et esset in diuinis circumscripta productione Personarum. 125
130

[14] Ad primum argumentum in oppositum patet responsio; principium enim et causa sunt idem sicut superius et inferius; omnis enim causa est principium et | non econuerso; et ideo alicubi inuenitur ratio principii ubi non inuenitur ratio cause, ut in diuinis respectu diuinorum. 135
π82va

125 `sanum`...128 inuenitur] cf. Arist., *Metaph.*, IV, 1, 1003a34-b3

[15] Ad secundum dicendum quod non est simile de fine et de principio, quia `principium` dicit solum ordinem originis qui est in diuinis, set `finis` importat preminentiam bonitatis que non est in diuinis respectu diuinorum, set solum respectu creaturarum, quarum Deus est principium et finis.

Questio secunda

Vtrum Pater et Filius sint unum principium Spiritus Sancti

[1] Secundo queritur utrum Pater et Filius sint unum principium Spiritus Sancti. Et uidetur quod non, quia non possunt esse unum principium nisi ratione essentie uel proprietatis; non ratione essentie, quia eodem modo Spiritus Sanctus posset dici `principium` sui ipsius cum sit unum essentia cum Patre et Filio, nec ratione proprietatis puta communis spirationis, quia cum proprietates sit suppositi, sicut subiecti, non uidetur possibile quod duorum suppositorum sit una numero proprietates.

[2] Item si propter unitatem proprietates Pater et Filius dicantur `principium`, per oppositum, ubi erunt plures proprietates realiter distincte ibi erunt plura principia; set in Patre sunt plures proprietates realiter differentes, scilicet paternitas et spiratio actiua, ut prius ostensum fuit; ergo Pater posset dici `plura principia`; set hoc non dicimus; ergo nec aliud.

[3] In contrarium est quod dicit AUGUSTINUS VI De Trinitate quod Pater et Filius *non* sunt *duo principia* Spiritus Sancti, set unum.

2 Vtrum...Sancti] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 29, 1, 3 (692-694); *S.th.*, I, 36, 4
 14 in...actiua] cf. supra, I, 13, 2, [29] (48vb) 19 Pater...unum] cf. Aug., *De Trin.*, V, 14, 15 (223, 32-33)

[4] Responsio. Omne agens agit per aliquam formam per quam est actu et que est sibi ratio agendi. Et ideo omne productum comparatur ad duo, scilicet ad agentem et ad formam etiam, que est principium actionis; et utrumque censetur nomine `principii`; `principium` enim quandoque uocatur ipsum agens, testante PHILOSOPHO V Methaphisice quod principatus et potestates principia dicuntur et pater et mater dicuntur principia filii, forma etiam per quam agens agit dicitur principium, sicut in eodem. V libro dicitur quod potentia est principium transmutandi alterum. Ob hanc ergo nominis multipliciter oportet uario modo dicere. Si enim nomen `principii` accipiat primo modo pro eo quod agit, cum illud sit suppositum, Pater autem et Filius non sunt unum suppositum, set plura, necesse est dicere quod Pater et Filius sint plura principia Spiritus Sancti; set quia `agens` magis proprie dicitur principians quam principium, ideo licet communiter dicatur quod Pater et Filius sint duo principiantes, usus tamen communis non recipit quod dicantur duo principia. Si autem nomen `principii` sumatur non pro agente, set pro eo quo agens agit, sic proprie loquendo debet dici quod in Patre et Filio est unum principium quo spirant Spiritum Sanctum, et nichilominus uere dicitur quod Pater et Filius sunt unum principium Spiritus Sancti, set non eque proprie sicut primum. Primum patet, quia principium quo Pater et Filius spirant Spiritum Sanctum est uis spiratiua; set illa est unica in Patre et in Filio; ergo proprie dicitur quod in Patre et Filio est unum principium quo spirant Spiritum Sanctum. Minor patet, quia siue essentia siue relatio communis spirationis sit principium spirandi, utraque est unica

20 Omne...agendi] cf. *Auct. Ar.*, 6, 251 (194, 13) 25 principatus...filii] cf. *Arist., Metaph.*, V, 1, 1013a7-13 28 potentia...alterum] cf. *Arist., Metaph.*, V, 12, 1019a15-16

tantum in Patre et Filio, et ideo proprie dicitur quod in Patre et Filio
 est unum principium quo spirant Spiritum Sanctum. Et hoc est
 secundum omnem consuetudinem loquentium magis proprius
 modus loquendi quam si dicatur quod Pater et Filius sunt unum
 50 principium Spiritus Sancti, accipiendo `principium` pro eo quo
 spirant; cum enim illud principium sit uis spiratiua, dubium fit quod
 non eque proprie dicitur quod Pater et Filius sunt una uis spiratiua,
 sicut dicitur quod in ipsis est una uis spiratiua. Patet quod ille modus
 loquendi deficit a proprietate alterius et nichilominus est uerus, quia
 55 omne productum directius respicit principium quo agens agit quam
 suppositum quod agit; nam si diuerse sunt forme in uno supposito,
 diuerse erunt actiones et effectus non obstante unitate suppositi; uis
 autem spiratiua, que est ratio producendi Spiritum Sanctum, est una
 in Patre et Filio; ideo | concedendum est Patrem et Filium esse
 60 unum principium Spiritus Sancti non obstante pluralitate
 suppositorum propter unitatem principii quo spirant; hec tamen
 locutio deficit a proprietate prime, ut dictum est. Sub eodem sensu
 concedendum est quod Pater et Filius sunt idem principium Spiritus
 Sancti; relatiuum enim facit de re secundam notitiam respectu eius
 65 quod significat antecedens; set hec "Pater et Filius sunt unum
 principium Spiritus Sancti" antecedit ad hanc "Pater et Filius sunt
 idem principium Spiritus Sancti"; ergo per ly `idem` non significatur
 identitas in suppositis, ut QUIDAM dixerunt, set in ratione principii,
 quod est uerum.

70 [5] Ad primum argumentum dicendum quod Pater et Filius dicuntur
 unum principium Spiritus Sancti ratione unius uirtutis spiratiue
 existentis in ambobus; uis autem spiratiua uel est sola essentia ut
 fecunda ad producendum unam Personam tantum, que ut sic non est
 in Spiritu Sancto uel est essentia cum proprietate relatiua uel sola

proprietas que est una numero in Patre et Filio non obstante pluralitate suppositorum; quando enim supposita distinguuntur per naturas absolutas, impossibile est aliquid unum numero absolutum uel relatum esse in pluribus suppositis; ubi autem distinguuntur solum relationibus, possibile est in diuersis suppositis esse aliquid unum numero, non solum absolutum, set relatum, exceptis duntaxat relationibus quibus distinguuntur; sic autem est in diuinis. 75
80

[6] Ad aliud dicunt QUIDAM quod licet Pater et Filius dicantur unum principium propter unitatem uirtutis spiratiue, Pater tamen non dicitur duo principia ex hoc quod in ipso est uis spiratiua et generatiua, quia implicaretur pluralitas suppositorum in Patre. Set istud non ualet, quia si dicendo Patrem esse duo principia, implicatur pluralitas suppositorum; ita dicendo Patrem et Filium esse unum principium, implicatur unitas suppositi; quare si unum non dicitur nec aliud. Ideo dicunt ALII quod Pater non potest dici duo principia, quia uis generatiua et spiratiua in Patre non sunt duo principia realiter distincta, quia potentia generandi et similiter potentia spirandi dicit essentiam cum proprietate; ergo cum in Patre non sint due essentie cum duabus proprietatibus, non possumus dicere quod illa sint in Patre duo principia, et multo minus quod Pater sit duo principia. Set ista responsio minus ualet quam prima, quia sicut secundum ISTOS uis generatiua includit essentiam et proprietatem, sic et Persona; set per solam realem differentiam relationum, dato quod sit una numero essentia, dicimus Personas differre realiter; ergo similiter ex sola diuersitate relationum non obstante unitate essentie debemus dicere has uires, scilicet uim spiratiuam et uim generatiuam, differre realiter et esse principia diuersa. 85
90
95
100

[7] Dicendum ergo aliter quod si nomen `principii` accipiat pro eo quod agit, sic Pater est unum principium; Pater autem et Filius sunt

105 duo principia. Si autem accipiatur `principium` pro eo quo agens
 agit, sicut dictum est, proprie loquendo debet dici quod in Patre et
 Filio respectu Spiritus Sancti est unum principium, scilicet uis
 spiratiua, in Patre autem respectu Filii et Spiritus Sancti sunt duo
 principia, scilicet uis generatiua et spiratiua, si tamen hec includant
 intrinsece relationem. Si autem dicatur quod Pater et Filius respectu
 110 Spiritus Sancti sunt unum principium, uere dicitur, set deficit a
 proprietate alterius modi loquendi. Et non uideo qualiter eodem
 modo non possit dici quod Pater sit duo principia respectu Filii et
 Spiritus Sancti, nisi teneretur alia opinio, scilicet quod `uis
 generatiua` et `spiratiua` dicant solam essentiam intrinsece, quia tunc
 115 uis generatiua et spiratiua non essent duo principia, set unum tantum
 quo producerentur Filius et Spiritus Sanctus ordine quodam; propter
 quod sortitur diuersa nomina, ut plene deductum fuit supra
 distinctione 7^a. Et tunc Pater nullo modo posset dici plura principia,
 qualitercunque sumeretur `principium`.

120

Questio tertia

Vtrum Pater et Filius possint dici plures Spiratores

5 [1] Tertio queritur utrum Pater et Filius possint dici plures
 Spiratores. Et uidetur quod non, quia sicut omnes Persone
 1183ra conueniunt in actu causandi, ita Pater et Filius in actu spirandi, set
 tres Persone non dicuntur tres creatores, set unus Creator; ergo Pater
 et Filius non debent dici duo Spiratores, set unus Spirator.

[2] Item si unum relatiuorum dicitur multipliciter, ita et reliquum; set

9 et] *iter. π*

Spirator et Spiratus dicuntur correlatiue; ergo si dicuntur plures Spiratores, dicentur plures Spirati; set istud non est uerum, ergo nec illud. 10

[3] In contrarium est quod dicit HILARIUS II De Trinitate capitulo 2^o: Spiritum Sanctum ab *autoribus* esse *confitendum* est et eadem ratione a Spiratoribus; non enim est a Patre et Filio alia actione quam spiratione. Item quicumque spirant sunt Spiratores et spirantes (omne enim uerbum resoluitur in uerbum substantiuum et suum participium et nomen uerbale); set Pater et Filius spirant; ergo possunt dici spirantes et Spiratores. 15

[4] Responsio. Hec questio non est de re, set de modo loquendi. Et quia loquendum est ut plures, ideo quilibet modus dicendi cum probabilitate dictus tolerandus est. Dicunt ergo QUIDAM quod Pater et Filius debent dici unus Spirator. Quorum motiuum est quia hec est differentia inter nomina adiectiua et substantiua, quia cum nomen adiectiuum dicat rem suam in adiacentia ad alterum, trahit numerum ab hiis quibus adiacet, esto quod forma per ipsum importata non plurificetur, substantiuum autem, cum non dicat rem suam ut alteri adiacentem, non trahit ab altero numerum nisi ex sola plurificatione forme importate per ipsum, ut dictum fuit distinctone 9^a. Ex hoc sic arguitur: substantiuum non plurificatur nisi forma uel res importata per ipsum plurificetur; set `Spirator` est substantiuum et res importata per ipsum non plurificatur (est enim tantum unus actus spirandi quod nominaliter importatur per nomen `Spiratoris`); ergo nullo modo possunt dici Spiratores plures. 20 25 30

[5] Secundum istum modum respondetur ad rationes in oppositum ad autoritatem HILARII quod HILARIUS locutus est excessiue 35

14 Spiritum...est] cf. Hilar., *De Trin.*, II, 29 (64, 3-4) 27 substantiuum...29 ipsum] cf. supra, I, 9, 3, [5] (41va)

accipiens substantiuum pro adiectiuo. Ad aliud dicendum quod
 quicumque spirant sunt spirantes, non dicuntur tamen `Spiratores`;
 licet enim uerbum resoluatur per suum participium et in nomen
 40 uerbale, tamen in participium resoluitur secundum eundem
 numerum, quia utrumque, tam uerbum quam participium, est
 adiectiuum, set in nomen uerbale, quando est substantiuum, non
 oportet quod resoluatur secundum eundem numerum, nisi res
 importata per utrumque plurificetur, quod non est in proposito. Et
 45 ideo Pater et Filius dicuntur duo spirantes, non autem duo
 Spiratores.

[6] Alius modus dicendi est quod Pater et Filius possunt dici duo
 Spiratores. Et ISTI de modo predicandi adiectiuorum nominum
 dicunt sicut ALII. De substantiuis autem probabiliter distinguunt hoc
 50 modo, quod nomina substantiua aut significant in abstracto aut in
 concreto. Si in abstracto, tunc nunquam predicantur pluraliter, nisi
 res importata per ea plurificetur, quia talia rem suam important
 absque habitudine ad supposita. Si in concreto, hoc potest esse
 dupliciter, quia uel illud concretum est nomen substantie, ut `homo`,
 55 `asinus` et huiusmodi, et in hiis est idem quod in abstractis, quia in
 hiis forte suppositum importatum per concretum et natura per
 abstractum sunt idem, et ideo unum non dicitur pluraliter quin
 pluraliter dicatur reliquum, unde non sunt plures homines, nisi sint
 plures humanitates; uel illud concretum est nomen actus, sicut
 60 nomen uerbale, ut `doctor`, `cursor` et similia. Et quia actus
 intelligitur ut egrediens a supposito, ideo tale nomen semper
 predicatur de pluribus suppositis pluraliter, sicut uerbum et suum
 participium. Pro hac opinione est ratio et exemplum. Ratio, quia
 65 omne nomen uerbale degenerat in adiectiuum; et ideo sequitur
 modum predicandi adiectiuorum; quod autem degeneret in

adiectiuum, patet ex hoc quod uere substantiua nunquam proprie sibi inuicem coniunguntur ex eadem parte enuntiationis sine coniunctione media; non enim bene dicitur: "Sortes Plato currunt", set "Sortes et Plato currunt"; et idem est in omnibus. Nomina autem adiectiua absque coniunctione adduntur substantiuis, ut dicendo: "Sortes musicus"; nunc autem nomina uerbalia adduntur substantiuis uere sine coniunctione media, ut dicendo: "Petrus scriptor uenit" et inconuenienter ualde interponeretur coniunctio dicendo: "Petrus et scriptor uenit", referendo ad idem suppositum; et ideo nomina uerbalia induunt modum | adiectiuorum; et ideo non est mirum si semper de pluribus suppositis predicentur pluraliter more adiectiuorum. Exemplum est ad hoc, quia pluribus ducentibus nauem unus est actus quo nauis ducitur, scilicet motus eius, et tamen plures dicuntur esse ductores, sicut plures ducentes; ergo similiter pluribus spirantibus Spiritum Sanctum, licet sit tantum unus actus quo spiratur, possunt tamen dici plures spirantes et plures Spiratores. [7] Istud tamen non est omnino simile, quia licet sit tantum unus motus nauis, tamen uirtutes plurium ducentium nauem sunt plures et non una. In proposito autem non solum actus spirandi est unus, imo uirtus spiratiua in pluribus spirantibus est unica; propter quod magis possunt dici plures ductores nauis quam Pater et Filius possint dici plures Spiratores Spiritus Sancti. [8] Secundum hunc modum respondetur ad rationes in oppositum. Ad primam, cum dicitur quod omnes Persone conueniunt in uno actu creandi, ideo dicitur unus Creator et non plures creatores, dicendum quod non est omnino simile quod adducitur pro simili, quia si poneremus unum suppositum absolutum in diuinis, sicut

80 tantum] *coni.*: tamen π

ponunt Iudei et gentiles, adhuc ei competeret creare. Et ideo creatio
 non solum egreditur ab omnibus Personis, ut sunt unum, set omnino
 uidetur esse extra rationem actus creandi quod sit a pluribus
 95 Personis. Set actus spirandi licet sit a Patre et Filio, <qui> sunt
 unum in ui spiratiua, potentia tamen necessario supponit pluralitatem
 illorum, qua non posita nullo modo esset iste actus in diuinis, ut
 probatum fuit supra; propter quod magis conuenit dicere quod Pater
 100 et Filius sint plures Spiratores, quam quod Pater et Filius et Spiritus
 Sanctus sint plures creatores.

[9] Ad aliud dicendum quod si unum relatiuorum dicitur multipliciter
 multiplicitate rationum specificarum, oportet alterum multipliciter
 dici. Si autem unum plurificetur secundum numerum solum, non
 105 oportet alterum multiplicari similiter; unus enim pater refertur ad
 multos filios; similiter in proposito unus Spiritus potest referri ad
 plures Spiratores, quia illa pluralitas est solum secundum numerum
 suppositorum, et non solum secundum diuersitatem specificam
 relationum, imo nec secundum numerum relationum, quia una sola
 110 relatio est in Patre et Filio per quam referuntur ad Spiritum Sanctum,
 sicut Spiratores ad Spiratum. Ideo non ualet.

96 qui] *suppl.*: om. π

Distinctio 30^a
Sententia in generali et speciali

[1] *Sunt enim quedam* etc. Superius determinauit MAGISTER quomodo diuine Persone sint principium creaturarum; hic uero determinare intendit de hiis que Deo dicuntur ex tempore. Vnde ista pars diuiditur in duas: primo determinat suum intentum; secundo incidentaliter soluit quandam questionem superius dictam, ibi: *Potest hic solui*. Prima diuiditur in tres: primo ostendit quedam de Deo dici ex tempore; secundo ostendit modum quo de Deo dicuntur; tertio declaratum includit. Secunda ibi: *Quomodo ergo obtinebit*. Tertia ibi: *Ex hiis aperte ostenditur*. Prima diuiditur in tres: primo proponit intentum; secundo circa hoc mouet obiectionem; tertio soluit. Secunda ibi: *Set hic aliquis diceret*. Tertia ibi: *Adduci potest*. Hec est sententia lectionis in generali.

[2] In speciali uero sic procedit. Et proponit quod quedam temporaliter et relatiue et secundum accidens de Deo dicuntur, non secundum accidens quod sic in Deo, set quod est in creaturis ut Creator, refugium, Dominus, et similia; non enim Deus potest ab eterno esse Dominus, quia seruum non semper habuit, set accepit habere ex tempore. Postea obiicit quod non uidetur ex quo tempore cepit esse Deus, cum Deus sit Dominus temporis, quod non esse cepit in tempore nec ex tempore. Ad quod respondet quod Dominus

10 ergo obtinebit] igitur obtinebimus π **13** diceret] dicit *Lomb.* | Adduci] Ad quod dici *Lomb.*

3 Sunt...quedam] *Lomb.*, 220, 4 | Superius...creaturarum] cf. *Lomb.*, 216, 5 - 217, 20 **7** Potest...solui] *Lomb.*, 222, 28 **10** Quomodo...obtainabit] cf. *Lomb.*, 221, 18 **12** Set...diceret] *Lomb.*, 220, 21 **13** Adduci potest] cf. *Lomb.*, 221, 3 **15** Et...20 tempore¹] cf. *Lomb.*, 220, 4-19 **20** Postea...25 tempore²] cf. *Lomb.*, 220, 21 - 221, 16 **22** Ad...30 Creator] cf. *Lomb.*, 221, 18 - 222, 4

25 temporis cepit esse Deus quando cepit tempus esse; unde sicut
 tempus non cepit esse in tempore uel ex tempore, ita nec Deus
 dicitur Dominus temporis uel in tempore uel ex tempore. Postea
 28 π 83va declarat modum qualiter ista de Deo dicuntur, et dicit quod Deus
 potest ex noua relatione referri ad creaturam sine sui mutatione, quia
 ipsa relatio est realis in creaturam, set tantum appellatio relatiua est in
 diuinis respectu creaturarum; et ponit exemplum: sicut nummus sine
 30 sui mutatione fit pretium, ita Deus sine sui mutatione sit Creator.
 Postea concludit propositum dicens: Ex dictis manifestum est quod
 hec que dicuntur de Deo ex tempore dicuntur sine sui mutatione et
 sine aliquo accidente sibi adueniente et sine aliqua reali habitudine;
 unde solum nomen relatiuum est. Vltimo soluit questionem quam
 35 supra reliquerat insolutam, scilicet quomodo Spiritus Sanctus datus a
 se possit referri ad se. Et respondet quod cum Spiritus Sanctus
 dicitur datus uel missus a se, relatiue dicitur ad eum cui datur, et est
 relatio secundum nomen et non secundum esse, set sic est mutatio in
 illo cui datur nulla mutatione facta in dante. Et in hoc etc.

40

Questio prima

Vtrum aliquid dicatur de Deo ex tempore

[1] Circa distinctionem istam queruntur duo: primum est utrum
 5 aliquid dicatur de Deo ex tempore. Et uidetur quod non, quia
 uoces sunt signa rerum; set in Deo nichil est ex tempore, set totum

1 prima] *scr.*: tertia π

31 Postea...34 est] cf. Lomb., 222, 6-25 34 Vltimo...39 dante] cf. Lomb., 222,
 28 - 223, 8 2 Vtrum...tempore] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 30, 1, 1 (701-703);
S.th., I, 13, 7

ab eterno; ergo nullum nomen potest dici de Deo ex tempore.

[2] Item de re temporali nichil potest dici ab eterno, ut uideatur; ergo de re eterna nichil potest dici ex tempore; set Deus est eternus; ergo etc.

10

[3] Item si aliquid diceretur de Deo ex tempore, aut diceretur necessario aut contingenter; non necessario, quia que necessario insunt semper insunt, que autem ex tempore insunt non semper infuerunt; nec contingenter, quia que contingenter insunt insunt per accidens, in Deo autem nullum est accidens; quare etc.

15

[4] In contrarium est AUGUSTINUS et MAGISTER in litera.

[5] Responsio. Eorum que predicantur de aliquo quedam dicuntur absolute, quedam relatiue. Dicendum est ergo quod nichil absolute dictum predicatur de Deo ex tempore, set aliqua que relatiue dicuntur predicantur de Deo ex tempore. Primum patet sic: omne quod dicitur de Deo absolute dicitur de Deo essentialiter, sicut 'homo' de Sorte et 'animal' de homine. Cuius ratio est quia predicata omnia diuina uertuntur in substantiam excepta relatione secundum omnes DOCTORES; set predicatum essentielle semper dicitur de re, et ut dicatur sine calumnia, saltem re existente; ergo omnia absoluta dicta de Deo semper et ab eterno dicuntur de eo; ergo non ex tempore solum nunc loquimur. Item nullum absolutum potest de nouo aduenire alicui sine eius mutatione; set Deo repugnat omnis mutatio; ergo nichil absolutum potest Deo conuenire de nouo siue ex tempore. Minor patet de se. Probatio maioris per PHILOSOPHUM V Phisicorum, qui attribuit solum relationibus quod possint alicui aduenire de nouo nulla facta mutatione in ipso; absoluto ergo nullo modo adueniunt alicui de nouo nisi per

20

25

30

16 In...litera] cf. Aug, *De Trin.*, V, 16, 17 (224, 1 - 225, 15); Lomb., 220, 10-19
31 attribuit...ipso] cf. Arist., *Phys.*, V, 2, 225b11-13

mutationem factam in ipso; mutatio autem non potest conuenire
 Deo; ergo etc. Et sic patet primum.

35

[6] Secundum patet sic: omnis relatio uel relatiua denominatio
 requirit duo extrema secundum rem uel secundum rationem; natura
 enim relationis est quod sit inter duo uel accepta ut duo; ubi ergo
 alteri relatiuorum competit solum referri ex tempore, oportet quod
 suo correlatiuo competat solum referri ex tempore; alias esset dare
 40 relationem que non haberet nisi unum extremum. Nunc est ita quod
 aliqua nomina relationem importantia creature ad Deum conueniunt
 creature ex tempore, ut esse saluum, esse creatum; ergo nomina
 predictis correspondentia conueniunt Deo solum ex tempore, ut esse
 45 Dominum, esse creantem et similia.

45

[7] Ad primum argumentum dicitur quod uoces absolute significant
 res que sunt in Deo, ut `bonus`, `sapiens`, et huiusmodi; tales non
 dicuntur de Deo ex tempore; uoces autem relatiue non significant res
 in Deo existentes, set habitudines eius ad creaturas, `habitudines`
 dico non rei, set rationis, ut patebit postea; et tales possent dici de
 50 Deo ex tempore, quia non ponunt aliquid reale in ipso.

50

π83vb

| [8] Ad secundum dicendum quod de re temporali bene predicatur
 uel potest aliquid predicari ab eterno, illud scilicet quod dicit
 relationem rationis, sicut esse intellectum, unde creatura fuit ab
 eterno intellecta Deo; similiter ea que dicunt relationem rationis
 55 possunt ex tempore dici de Deo.

55

[9] Ad tertium dicitur quod accidens dicitur dupliciter: uno modo
 prout dicit naturam condiuisam substantie, et sic nichil dicitur de
 Deo per accidens; alio modo dicitur accidens quod conuenit alicui
 per aliud, et hoc modo nichil prohibet quin Deo coueniat per
 60 accidens, hoc est per aliud, aliqua habitudo rationis. Ex hoc enim
 quod Deus intelligitur ut terminus habitudinis realis creature ad

60

ipsum, consurgit secundum nostrum modum intelligendi quedam habitudo, saltem rationis, Dei ad creaturam.

65

Questio secunda

Vtrum in creaturis relatio differt realiter a suo fundamento

[1] Secundo queritur de realitate relationum que dicuntur de Deo ex tempore. Et queritur primo utrum in creaturis relatio differat realiter a suo fundamento; et secundo queritur utrum relationes Dei ad creaturas que conueniunt ei ex tempore sint reales. Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod relatio non sit alia res a suo fundamento sic: quecumque differunt realiter in eodem supposito faciunt compositionem; set relatio cum suo fundamento non facit compositionem; ergo non differt realiter a suo fundamento. Maior uidetur manifesta, quia rei ad rem uidetur esse realis compositio. Minor similiter patet, quia album simile alteri albo non est compositius quam si album esset solum.

5

10

[2] Item illud quod aduenit alicui de nouo sine eius mutatione non differt ab eo realiter; set relatio aduenit suo fundamento sine eius mutatione, ut dicitur. *V P H I S I C O R U M*; ergo non est alia res. Maior probatur, quia nouare non potest aduenire alicui nisi per nouam actionem; noua autem actio facit nouam mutationem circa subiectum; quare, etc.

15

20

[3] In contrarium arguitur sic: que differunt primis differentiis entis realis sunt diuerse res; set fundamentum et relatio differunt primis

16 relatio...mutatione] cf. Arist., *Phys.*, V, 2, 225b11-13

differentiis entis, scilicet per absolutum et respectum; ergo sunt res diuerse.

25 [4] Responsio. Circa questionem istam procedetur sic, quia primo ponentur ALIORUM opiniones, secundo declarabitur ueritas questionis.

[5] Quantum ad primum sunt due opiniones. Vna est quod relatio et suum fundamentum differunt realiter, sicut diuersa res facientes
 30 ueram compositionem in suo fundamento relato, ita quod similitudo fundata in albedine facit compositionem cum ea in ipso simili. Quod sint diuerse res, probatur tripliciter. Primo sic: diuisio entis extra animam est in diuersas res extra animam; set diuisio entis in substantiam, quantitatem, qualitatem, relationem est huiusmodi, ut
 35 patet in VI et VII *Metaphisice*; ergo relatio dicit diuersam rem a quantitate et qualitate in quibus fundatur. Secundo sic: relatio circumscripto fundamento est; aut ergo est ens reale aut non; si sic, habetur propositum, scilicet quod dicit aliam realitatem a fundamento; si non, tunc relatio circumscripto fundamento est nichil
 40 uel ens rationis; set in nullum illorum diuiditur ens reale; ergo ens reale non diuidetur in relationem et alia predicamenta, quod est falsum. Tertio sic: nulla res accidit sibi ipsi; set relatio accidit suo fundamento (alioquin fundamentum non posset esse sine relatione, puta albedo sine similitudine, quod falsum est); ergo relatio est alia
 45 res a fundamento.

[6] Quod autem illa duo faciant compositionem in relato, probatur sic: diuerse essentie uel qualescunque diuerse res non possunt facere unum nisi per compositionem; set relatio et fundamentum suum sunt diuerse essentie uel saltem diuerse res; ergo faciunt

33 diuisio...huiusmodi] cf. Arist., *Metaph.*, VI, 2, 1026a33-b2; VII, 1, 1028a10-15 et passim

compositionem in subiecto. Addunt tamen ISTI quod relatio potest
 alicui aduenire de nouo nulla facta mutatione in ipso secundum
 aliquid absolutum, set solum in alio, ut patet de albo; si enim sit
 solum ad nichil refertur relatione similitudinis. Si autem de nouo
 aliud fiat album, ipsum quidem mutabitur | secundum duo, scilicet
 secundum albedinem et secundum similitudinem; set primum album
 mutabitur solum secundum unum, scilicet secundum similitudinem
 acquirendo respectum relatiuum quem prius non habebat. Et hoc
 uidetur innuere SIMPLICIUS Super librum
 Predicamentorum, ubi dicit quod illud quod est ad alterum est
 quodammodo in diuersis uel diuersa exigit. Et ideo generatio et
 corruptio illorum adherent illis ad que aliquo modo se habent. Et
 quamuis ipsa secundum se nichil patiantur, aliis tamen mutatis
 commutantur. Est ergo intentio ISTORUM quod relatio differt realiter
 a suo fundamento et facit cum eo compositionem et nichilominus
 potest alicui aduenire ex alterius mutatione.

[7] Istam opinionem non credo esse ueram, maxime quantum ad
 hoc quod dicitur quod relatio facit compositionem cum suo
 fundamento et quod potest aduenire alicui ex alterius mutatione.
 Quod patet sic, quia si relatio faciens compositionem cum suo
 fundamento secundum ISTOS potest aduenire alicui ex alterius
 mutatione, aut hoc esset ex sola alterius mutatione aut cum
 mutatione illius cui aduenit noua relatio; non ex sola mutatione
 alterius propter duo. Primum est quod sicut distinctorum
 suppositorum sunt distincte actiones, ita et distincte passionis seu
 receptiones; set duo supposita distincta sic habent distinctas
 actiones quod ex actione unius aliud nullo modo est agens

59 illud...exigit] cf. Simpl., *In Prad.*, 7 (167, 23-28? Kalbfleisch*** Pattin)

secundum aliquid absolutum uel secundum aliquid respectuum;
 ergo similiter ex hoc quod patitur recipit uel mutatur, aliud nullo
 modo recipit aliquid absolutum uel relatum uel qualitercunque
 80 patitur seu mutatur. Secundum est quod omne illud quod se habet
 aliter nunc quam prius est uere mutatum in se; set omne quod
 recipit aliud realiter a se differens et faciens cum eo compositionem
 se habet aliter nunc quam prius; ergo uere est mutatum in se et non
 solum alterum. Maior patet ex diffinitione mutationis, quia mutatio
 85 est per quam aliquid a se habet nunc aliter quam prius. Minor patet
 ex ipsa ratione terminorum, quia quod est prius simplex et deinde
 cum altero compositum se habet nunc aliter quam prius. Item nec
 ex mutatione alterius cum mutatione illius quod recipit relationem
 propter duo. Primum est quia si sit aliqua mutatio per quam aliquid
 90 fit album et per quam aliquid existens prius album fit ei simile
 recipiendo relationem similitudinis, tunc ista secunda actio
 terminatur per se et immediate ad relationem, quod est contra
 PHILOSOPHUM V Phisicorum. Secundum est quod agens et
 passum oportet prius esse approximata, saltem ordine nature,
 95 quam unum agat in alterum; set agens quod facit aliquid album
 ultra mare nullo modo est approximatum alio prius existenti citra
 mare; ergo satis mirum est, imo improbabile dicere quod tale agens
 aliquam actionem habeat circa tale passum imprimendo aliquid,
 non solum faciens compositionem cum eo, set qualitercunque
 100 realiter diuersum.

[8] Item si relatio similitudinis faciet compositionem in albo

90 fit²] *coni.*: sit π 96 citra] *coni.*: circa π

84 mutatio...prius] cf. Arist., *Phis.*, V, 1, 225a1-2 92 contra...Phisicorum] cf. Arist., *Phis.*, V, 2, 225b11-13

respectu alterius albi, eadem ratione relatio dissimilitudinis eiusdem albi ad nigrum faciet compositionem cum eodem, et relatio eius ad suam causam similiter faciet nouam compositionem cum eo et relatio eius ad uisum ut agens ad passum, et sic de quasi infinitis relationibus, que possunt in eodem fundari; quod uidetur magnum inconueniens; quare etc. Ad rationes istius opinionis patebit solutio inferius.

[9] Alia opinio est quod relatio differt a suo fundamento realiter et tamen non facit compositionem cum ipso, quia illud per quod relatio differt a suo fundamento nichil ponit in eodem subiecto cum fundamento. Quod declarant sic: relatio enim, ut dicunt, importat duo: unum in recto quod ponit in suo subiecto, et aliud in obliquo, scilicet terminum ad quem, uerbi gratia paternitas, que est relatio patris ad filium, importat aliquid in recto quod est in patre subiectiue, importat etiam filium ut terminum ad quem est; et utrumque est de ratione relationis; quod enim illud quod ponit in subiecto, quod refertur per eam, sit de ratione eius, patet, quia sicut qualitas est formaliter qua quales dicimur, ita relatio est qua habens eam formaliter refertur; set hoc non esset nisi includeret in sua ratione illud quod ponit in subiecto quod refertur; quare etc. Quod autem includat in sua ratione terminum, patet dupliciter: primo, quia illud quo remoto relatio | non remanet, nec in re nec in intellectu includitur in ratione relationis; set terminus est huiusmodi; ergo etc. Maior patet, quia unumquodque potest saltem manere in intellectu sine eo quod non est de ratione eius. Etiam minor patet, quia ablato termino ad quem relatio non manet, nec in re nec in intellectu; quare etc. Secundo, quia relatio non consistit in ad aliquid aliud se habere;

104 faciet] *coni.*: faciat π

set illud ad quod se habet est terminus ad quem; ergo etc. Dicit ergo
 130 ista positio quod relatio quantum ad hoc quod dicit in recto et ponit
 in suo subiecto non dicit aliam rem a suo fundamento, set dicit
 eandem rem, tamen sub alia ratione. Set quantum ad terminum ad
 quem est dicit aliam rem a suo fundamento, et per consequens
 relatio non facit compositionem cum fundamento suo, quia non
 135 includit aliam rem nisi terminum ad quem est in eodem subiecto
 cum fundamento. Et ista probantur ratione unica, que talis est:
 relatio non differt a suo fundamento nisi per terminum ad quem,
 quem importat; set relatio non ponit terminum ad quem in subiecto
 in quo est suum fundamentum; ergo relatio non ponit aliquid
 140 diuersum in suo subiecto a suo fundamento. Maior patet, quia relatio
 non differt a suo fundamento nisi per illud per quod differt ab
 absoluto; set relatio non differt ab absoluto nisi per hoc quod
 importat terminum ad quem; ergo etc. Differt ergo relatio a suo
 fundamento realiter, quia includit terminum ad quem, quem non
 145 includit fundamentum, set non facit compositionem cum eo, quia
 non ponit terminum in eodem subiecto cum fundamento, nec
 aliquam aliam realitatem, et ut sic non differt a suo fundamento, set
 solum ratione termini ad quem.

[10] Contra positionem istam arguitur dupliciter: primo, quia non
 150 uidetur ire ad intellectum questionis, quia questio est de reali
 differentia uel reali identitate relationis et sui fundamenti, que est
 questio methaphisica, et non de differentia nominum, que est questio
 grammaticalis; set res absoluta uel relatio in suo esse reali non habet
 rectum uel obliquum, set solum uoces significatiue que pertinent ad
 155 grammaticum; ergo ad questionem de identitate uel diuersitate rerum
 secundum suam realitatem non est respondendum per distinctionem
 inter rectum et obliquum.

[11] Secundo arguitur ad rem dimittendo nomina sic: aut relatio est aliqua realis entitas aut nulla; si nulla, tunc non est predicamentum, quia secundum ISTOS ens reale diuiditur in decem predicamenta tanquam in decem realitates; si uero sit aliqua realitas, aut est realitas sui fundamenti precise aut sui termini precise aut realitas utriusque formaliter et quidditatiue aut est habitudo methaphisica differens ab utroque realiter. Si primum dicitur, scilicet quod relatio sit precise realitas fundamenti, sequuntur duo inconuenientia contra eos: primum est quod relatio non erit essentialiter respectus, quia illud quod est essentialiter absolutum non est essentialiter respectus; set si relatio sit precise realitas sui fundamenti, ipsa est precise et formaliter et essentialiter absolutum quoddam, sicut et suum fundamentum; ergo ipsa non erit essentialiter et formaliter respectus; quod uidetur magnum inconueniens et contra diffinitionem eius esse, quia relationis ratio est esse ad aliud, ratio autem absoluti non est esse ad aliud, set ad se. Secundum est quia si relatio est esse precise idem quod suum fundamentum, sequitur quod ipsa et suum fundamentum sint formaliter unum predicatum, quod similiter est inconueniens.

[12] Si dicatur quod non, imo essent diuersa predicata ratione connotati, quia `relatio` connotat terminum ad quem, quem non connotat `fundamentum`, contra, quia licet nomen `similitudinis` connotet aliquid in Sorte quod non connotat nomen `albedinis`, tamen si eadem res est precise et formaliter albedo et similitudo, impossibile est quod illa una res connotet terminum et sic sit relatio, et non connotet et sic sit fundamentum, quia impossibile est quod eidem rei respectu eiusdem conueniant simul connotare uel exigere aliquid et non connotare et non exigere illud, nisi eidem rei respectu eiusdem conueniant contradictoria realiter, quod est impossibile. Et confirmatur, quia eidem nomini non potest conuenire simul

connotare aliquid et non connotare significatiue; ergo eidem rei non
 potest conuenire simul connotare uel exigere aliquam rem et non
 connotare | uel exigere eandem realiter. Et quod dicunt ALIQUI
 π84va quod ex parte rei est ista connotatio, quia aliud est existere secundum
 190 se et aliud coexistere alteri, et ex parte rei aliud requiritur ad
 uerificandum aliquid coexistere alteri, quod non requiritur ad
 uerificandum ipsum existere in se, non ualet, quia licet nomen
 `coexistentie` connotat aliquid quod non connotat nomen
 195 `existentie` et aliquid requirat ut uerificetur de aliquo quod non
 requirit nomen `existentie`, tamen impossibile est quod illud quod
 est realis essentia alicuius precise connotet uel requirat realiter aliquid
 et non connotet uel requirat realiter illud idem; propter quod si
 albedo Sortis et eius similitudo sunt precise et formaliter eadem
 200 realitas, impossibile est quod illa res connotet aliquid et non
 connotet illud, quamuis ad uerificandum unum nomen, puta nomen
 `similitudinis`, de Sorte aliquid requiratur sibi coexistens quod non
 requiritur ad uerificandum albedinem de ipso, quia unum nomen
 sumitur ex conceptu unius rei precise, scilicet nomen `albedinis`,
 205 aliud autem sumitur ex conceptu duarum, scilicet nomen
 `similitudinis`, ut infra patebit. Nos autem, sicut dictum est,
 querimus de rebus et non de nominibus. Si autem detur secundum
 membrum, scilicet quod relatio sit precise realitas sui termini,
 sequuntur eadem inconuenientia que dicta sunt, et per easdem
 210 rationes, et adhuc quedam magna absurditas, scilicet quod realitas
 relationis possit esse distincta secundum suppositum a realitate sui
 fundamenti, quia terminus relationis frequenter est in alio supposito
 quam sit fundamentum; set quia non credo quod aliquis hoc sentiat,
 ideo non plus dico de hoc. Si autem detur tertium membrum, scilicet
 215 quod realitas relationis sit realitas utriusque, fundamenti scilicet et

termini, formaliter et quidditatiue adhuc sequuntur eadem inconuenientia que prius, et possunt eodem modo deduci, et preter hoc sequitur aliud inconueniens satis absurdum, scilicet quod similitudo Platonis ad Sortem sit eque formaliter albedo Sortis, sicut albedo Platonis, et econuerso, quia similitudo Sortis ad Platonem eque essentialiter includit albedinem utriusque et per consequens similitudo Sortis ad Platonem et Platonis ad Sortem esset una numero tantum, quia quelibet includeret easdem partes numero essentialiter et equaliter. Et iterum nulla relatio esset aliquid unum, set formaliter plura, que sunt adeo inconuenientia quod non credo aliquem intelligentem hoc sentire. Relinquetur ergo quod ex quo realitas relationis non est precise realitas sui fundamenti nec precise realitas extremi, nec realitas utriusque simul formaliter et quidditatiue, quod ipsa sit realitas habitudinis medie realiter differens ab utroque uel ipsa non est aliqua realitas secundum se.

[13] Ad rationem eorum dicendum est per interemptionem maioris quod relatio, si sit aliqua realitas, differt a suo fundamento per aliud quam per terminum ad quem. Et cum probatur quod relatio non differt a suo fundamento nisi per illud per quod differt ab absoluto, uerum est. Et cum dicitur in minore quod relatio non differt ab absoluto nisi per hoc quod importat terminum ad quem, falsum est, imo differt primo et per se, per hoc quod est essentialiter quidam respectus unius ad alterum; per hoc enim quod importaret solum terminum ad quem, non posset differre ab absoluto, cum utrumque sit absolutum, nisi forte sicut differunt duo absoluta ab uno absoluto, quam differentiam non querimus. Et iterum nichil differt ab altero realiter et quidditatiue et formaliter per illud quod est extrinsecum a sua formali et reali quidditate; set extremum quod `relatio` connotat in obliquo secundum ISTOS non est intrinsece de reali et formali

245 quidditate relationis, set se habet omnino extrinsece, etiam
 secundum dictum eorum; dicunt enim quod sicut qualitas est qua
 formaliter quales dicimur, ita relatio est secundum quam subiectum
 habens eam formaliter refertur. Et ideo sicut tota essentia et formalis
 quidditas qualitatis est in eo quod per ipsam denominamur quales, ita
 250 tota essentia et formalis quidditas relationis est in subiecto relato
 quod per eam formaliter refertur.

[14] Dicendum est ergo aliter, quod `relatio` dicitur dupliciter: uno
 modo pro respectu reali existente in rerum natura consequente ad
 suum fundamentum per se uel accidentaliter, per se, sicut esse in alio
 π84vb sequitur ad naturam accidentis | accidentaliter, sicut tangi uel tangere
 accidentaliter aduenit corporibus se tangentibus; alio modo relatio
 accipitur predicamentaliter, et sic quantum est de necessitate
 predicamenti relationis, non dicit respectum realem, set
 denominationem realem, ut infra patebit. Si ergo primo modo
 260 accipiatur relatio, dicendum quod talis relatio in creaturis realiter
 differt a suo fundamento, non facit tamen compositionem cum ipso.
 Quod differat realiter, probatur sic: sicut se habent modi essendi in
 se et in alio ad ea in quibus fundatur, ita se habet modus essendi ad
 aliud in quo fundatur; set modus essendi in se et modus essendi in
 265 alio differunt realiter ab illis in quibus fundantur; ergo similiter
 modus essendi ad aliud qui est ipse respectus relatiuus differt realiter
 a suo fundamento. Maior de se patet. Set minor probatur sic: illa que
 sic se habent quod unita possunt separari sic quod unum remaneat in
 integritate nature sue sine alio, differunt realiter, si tamen utrumque
 270 sit res; set esse in se uel per se et esse in alio et ea in quibus habent
 fundari sunt huiusmodi (fundatur enim modus essendi in se uel per
 se in substantia completa et modus essendi in alio in forma
 inherente, ut est accidens); uidemus autem quod utraque natura

remanet in integritate sua absque tali modo, sicut natura humana in Christo non per se existit et accidentia in sacramento non per se existunt in alio, saltem quantitas; ergo tales modi essendi differunt realiter ab eis quibus fundantur. Et hec fuit minor. Sequitur conclusio. 275

[15] Secundum patet, scilicet quod non faciat compositionem cum fundamento, et hoc similiter medio, ut prius, quia sicut se habet esse in alio ad id in quo fundatur, sic se habet esse ad aliud ad suum fundamentum; set esse in alio non facit compositionem cum eo in quo fundatur; ergo nec esse ad aliud. Maior patet de se. Minor probatur, quia omne quod componitur ex aliquibus componentibus se habet ad illa sicut totum ad partes; partium autem quedam sunt quantitativae, quarum una non est in alia, set iuxta aliam positione differentens; alie uero se habent ut materia et forma substantialis uel ut subiectum et forma accidentalis. Constat autem quod esse in alio et accidens absolutum in quo fundatur, puta qualitas uel quantitas, non faciunt unum compositum, tanquam partes quantitativae positione differentes; item nec ut materia seu subiectum et forma faciunt unum compositum quatenus unum est in alio informativae uel inherenter. Ad cuius probationem preintelligendum est quod res dicitur analogice de re absoluta et de respectu, set per prius et simpliciter de re absoluta, per posterius autem et secundum quid de respectu qui non est res nisi quia est realis modus essendi; unde habet minimum de entitate, quia est solum modus entitatis, et non est entitas habens modum, set modus tantum; res ergo dicta per se et simpliciter qualis est absoluta cum omni re absoluta facit compositionem, set illud quod dicitur secundario res et secundum quid cum nullam facit compositionem, nec cum absoluto, nec cum relato. Et hoc potest probari sic: si relatio uel quicumque respectus et 280 285 290 295 300

fundamentum eius facerent compositionem, hoc esset, quia unum
 esset in quo aliud, et alterum esset quod in alio; uel ut clarius dicatur,
 305 unum esset quod inheret, scilicet respectus, et aliud cui inheret,
 scilicet, fundamentum; set illud non potest esse, quia illud quod est
 in alio, ut ei inherens, est res habens modum et non est modus
 solum; ex quo enim est res, et saltem large. Et quia est in alio
 inherenter, modum habet essendi; set respectus est modus solum, et
 310 non res modum habens, ut dictum est; ergo ei non competit esse in
 alio modo quo ex talibus fit compositio.

[16] Et uidetur michi, saluo meliori iudicio, quod sicut res per se
 subsistens est res absoluta habens modum talem essendi ex sua
 independentia, ita res alteri inherens est res absoluta habens modum
 315 talem essendi ex sua dependentia. Vnde prius est negandum, quia
 nichil esset quod esset essentialiter respectus, quod esset ponendum,
 quia illud quod est pure et essentialiter respectus esset in alio
 subiectiue inherenter. Sic igitur patet quod relatio uel quicumque
 respectus qui est realis et actualis dependentia uel coexigentia
 320 alterius differt realiter a suo fundamento, et tamen non facit
 compositionem cum eo. Et idem est de omni eo quod est solus
 modus essendi.

π85ra | [17] Si autem accipiatur respectus solum pro eo quod sufficit ad
 relationem predicamentalem seu ad predicamentum relationis, sicut
 325 uidetur PHILOSOPHUS accipere V Methaphisice et in
 Predicamentis, ubi dicit quod album refertur ad aliud album et
 unum quantum ad aliud quantum secundum similitudinem,
 equalitatem et inequalitatem, sic ergo dicendum est quod talis relatio
 non differt realiter a fundamento et per consequens non semper facit

323 respectus...relationis] cf. supra, I, 7, 2, [37] (33vb); Arist., *Metaph.*, V, 15,
 1020b26-1021a14; *Cat.*, 7, 6a39-b2; 6b21-27

compositionem cum eo, quia talis relatio non semper est aliquid in 330
 rerum natura quod sit essentialiter respectus, set est sola
 denominatio respectiua alicuius subiecti ex natura plurium. Verbi
 gratia Sortes dicitur similis Platoni et econuerso, non quod ista
 similitudo sit aliquid quod sit essentialiter respectus, set sic
 denominatur ex hoc, quod habet albedinem in se et alius habet 335
 albedinem sicut ipse; nam si Sortes denominaretur a sola albedine
 que est in ipso, alio existente uel non existente albo, non diceretur
 similis, set albus tantum; set cum dicitur similis, illa denominatio
 consurgit non solum ex albedine que est in ipso, set ex albedine que
 est in alio; unde cum dicitur quod Sortes est similis Platoni, non est 340
 aliud dictum nisi quod Sortes habet albedinem sicut Plato habet eam.
 Et idem dico de equalitate et inequalitate suo modo. Et forte hoc
 intellexerunt ILLI de secunda opinione, qui dicunt quod relatio
 importat unum in recto et aliud in obliquo, quia illud pertinet ad
 solam denominationem sumptam ex diuersis rebus non confictam 345
 per actum intellectus. Et si sic intellexerunt, non uideo quod in hoc
 male dicant quo ad relationes predictas que fundantur super
 quantitatem et qualitatem. Set quod idem dicant de omni relatione
 uel respectu, non puto esse uerum propter ea que iam dicta sunt et
 alia que inferius dicentur. 350

[18] Contra hanc opinionem, quatenus dicit relatiuas denominationes
 non esse reales respectus in rerum natura et tamen pertinere ad
 predicamentum relationis, sunt rationes prime opinionis supra
 posite. Et ideo respondendum est ad eas. Ad primam concedendo
 maiorem, quod diuisio entis extra animam est in diuersas res. Ad 355
 minorem, cum dicitur quod ens extra animam diuiditur in

345 confictam] *coni.*: confiscam π 347 quo ad] *scr.*: quòd ad π

substantiam, quantitatem, qualitatem et relationem etc.

[19] Ad hoc dicunt ALII de secunda opinione concedendo quod
 relatio differt realiter a tribus primis predicamentis, quia preter
 360 fundamentum importat terminum in obliquo. Set illud non uidetur
 bene dictum, quia nichil differt a predicamento quocunque per hoc
 quod includit rem illius predicamenti, set per hoc potius conuenit;
 set extremum qualitatis uel similitudinis est res eiusdem predicamenti
 cum fundamento (est enim quedam quantitas uel qualitas sicut
 365 fundamentum); ergo relatio talis non differt a predicamento
 quantitatis uel qualitatis ratione extremi plus quam ratione
 fundamenti; set si importaret fundamentum solum, simpliciter
 pertineret ad predicamentum quantitatis uel qualitatis; ergo quia cum
 fundamento importat extremum quod est eiusdem predicamenti,
 370 dupliciter pertinet ad illud predicamentum.

[20] Et ideo dicendum est aliter, quod diuisio entis extra animam non
 est in decem predicamenta secundum formales eorum rationes, quia
 nullum predicamentum in se constituitur uel ab alio distinguitur nisi
 concurrente operatione intellectus; predicamentum enim quodlibet
 375 in se continet ordinem predicabilium secundum sub et supra sub
 ratione speciei, generis et differentie, que non possunt esse sine
 operatione intellectus; distinguitur etiam unum predicamentum ab
 alio secundum figuram predicationis, ut patet ex V
 Methaphisice capitulo de uno, ubi dicitur quod eadem *genere*
 380 sunt *quorum est eadem figura predicationis*, et loquitur de genere
 predicamentali; modus autem predicandi supponit actum intelligendi;
 ergo ens extra animam non distinguitur in decem predicamenta

379 eadem...predicationis] Arist., *Metaph.*, V, 6, 1016b33-34

secundum formales rationes eorum, quibus constituuntur <et>
distinguuntur, set diuiditur ens extra animam in decem predicamenta,
quo ad res que prestant sufficiens fundamentum ex modis predicandi 385
ut sit realis predicatio et non ficta. Et quia aliqua res secundum se
accepta cum alia potest uariare figuram predicationis multis modis,
ideo non oportet quod semper plurificentur res extra animam
secundum plurificationem predicamentorum seu modorum
predicandi, | nec oportet quod semper illud quod importatur formali 385rb
predicatione sit aliquid realiter distinctum ab aliis omnibus rebus
diuisim uel coniunctim acceptis, sicut dictum est de qualitate et
similitudine.

[21] Ad secundum patet per idem quod relatio que est essentialiter et
realiter respectus differt realiter a fundamento, relatio uero que est 395
sola realis denominatio respectiua differt a fundamento, quia sumitur
non solum ab ipso secundum se, set cum hoc extremo; nec illud
quod importatur per talem denominationem est nichil uel ens
rationis, set uera res sumpta cum alia, sicut Sortes dicitur similis
Platoni, quia habet albedinem sicut Plato. 400

[22] Ad tertium dicendum quod relatio que est respectu realis accidit
fundamento, ut aliquid realiter diuersum ab eo, relatio autem que est
denominatio respectiua accidit fundamento, quia sumitur non solum
ab ipso, set ab extremo, quod non requiritur ad esse fundamenti
secundum se. Et sic patet qualiter se habet fundamentum et relatio in 405
creaturis.

[23] Ad rationes principales respondendum est ad primam, cum
dicitur quod quecumque differunt realiter in eodem supposito faciunt
compositionem, dicendum quod uerum est si utrumque sit

383 et] *suppl.: om. π*

410 absolutum. Si autem unum sit absolutum et aliud sit solus respectus
 uel denominatio respectiua sumpta ex pluribus, talia non faciunt
 compositionem sicut declaratum fuit. Sic est in proposito de
 fundamento et relatione.

[24] Ad secundum dicendum est quod realis respectus extrinsecus
 415 adueniens bene potest aduenire alicui sine eius mutatione, et tamen
 est alia res a suo fundamento sicut modus rei est alia res ab eo cuius
 est modus. Et cum dicitur quod noua res non potest aduenire alicui
 sine eius mutatione nisi per nouam actionem, uerum est de re
 absoluta, de respectu autem maxime extrinsecus adueniente non est
 420 uerum uel de respectiua denominatione.

[25] Ad argumentum alterius partis dicendum est quod
 fundamentum et respectu realis differunt primis differentiis entis
 modo quo dictum fuit prius; set denominatio respectiua non differt a
 suo fundamento directe per differentias entis, set quia est nomen
 425 sumptum non solum a fundamento suo, set etiam a termino; et ideo
 non differt a fundamento realiter, set solum est nomen sumptum ex
 pluribus.

Questio tertia

Vtrum relationes que dicuntur de Deo ex tempore sint reales

[1] Deinde queritur utrum relationes que dicuntur de Deo ex
 5 tempore sint reales. Et uidetur quod sic, quia illud quod est
 secundum rationem tantum, non manet cessante intellectu formante

410 sit²] scr.: si π

2 Vtrum...reales] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 30, 1, 3 (706-709)

rationem; set cessante omni intellectu ratiocinante adhuc Deus esset Dominus et Creator, et tamen hec dicuntur de Deo relatiue ex tempore; ergo etc.

[2] Item relationes que habent reale fundamentum et reale extremum sunt relationes reales; set relationes quibus Deus refertur ad creaturam ex tempore sunt huiusmodi (habent enim reale extremum, scilicet creaturam, et reale fundamentum; `Dominus` enim fundatur super potestatem diuinam et `Creator` super actionem); ergo etc.

[3] Item quod relatio Dei ad creaturam ex tempore non sit realis, hoc est uel ad uitandum mutationem uel ad uitandum compositionem; non ad uitandum mutationem, quia secundum PHILOSOPHUM V Phisicorum relatio realis aduenit alicui de nouo sine eius mutatione; nec ad uitandum compositionem, quia nichil potest de nouo esse compositum nisi per mutationem factam circa ipsum; tale enim habet se nunc aliter quam prius. et hoc est mutatum esse. Cum ergo realis relatio adueniat sine mutatione, ut dictum est, patet quod ipsa non facit cum eo cui aduenit compositionem; quare etc.

[4] In contrarium est quia nichil est in Deo realiter quod non sit eternum; set tales relationes non sunt eterne, set ex tempore; ergo non sunt realiter in Deo. Ad idem est quod dicit AUGUSTINUS et MAGISTER in litera, quod tales relationes sunt tantum appellationes relatiue.

| [5] Responsio. Hic sunt duo uidenda: primum est unde habeat relatio quod sit realis; secundum est illud quod queritur principaliter, scilicet utrum relationes que dicuntur de Deo ex tempore sint reales.

[6] Quantum ad primam dicunt QUIDAM quod quinque requiruntur

13 `Dominus`] *omi.*: diuinum π

18 relatio...mutatione] cf. Arist., *Phys.*, V, 2, 225b11-13 27 tales...relatiue] cf. Aug., *De Trin.*, V, 16, 17 (224, 4 - 225, 6); Lomb., 220, 13-14

ad relationem realem. Primum est quod sit alicuius rei existentis extra
 animam, quia non entis non potest esse realis relatio; referri enim
 35 realiter supponit uel saltem coexigit esse reale. Secundum est quod
 <quod> refertur sit ratio fundamentalis quare referatur, sicut in
 motiuo inquantum motiuum est aliquid, scilicet potentia actiua, in
 qua fundatur respectus eius ad mobile, et propter defectum istius
 conditionis intellectus inquantum huiusmodi non refertur ad
 40 intelligentem, quia intellectus inquantum intellectus denominatur ab
 actu intelligendi, qui nichil secundum rem ponit in intellectu, set
 solum in intelligente. Et hec duo sumuntur ex parte subiecti. Tertium
 est quod terminus ad quem est relatio sit res, quia ad nichil non est
 relatio realis. Quartum est quod sit diuersum realiter a suo
 45 correlatiuo, quia eiusdem ad seipsum non est relatio realis; cum enim
 ratio relationis sit esse ad aliud si non est aliud realiter, non erit
 relatio realis et duo ultima sumuntur ex parte termini. Quintum est
 quod requiritur quod extrema sint eiusdem ordinis; quod sic
 exponunt, uidelicet quod uel ambo sint extra genus, ut paternitas et
 50 filiatio in diuinis, uel quod utrumque sit in genere ita quod si una
 relatio sit species determinata et limitata in genere relationis, alia sit
 in eodem genere ex opposito sibi proportionabiliter respondens; et
 quia istud deficit in relatione Dei ad creaturam, quia relatio creature
 ad Deum est limitata ad certum genus et ad certam speciem, relatio
 55 uero Dei ad creaturam non sic, imo per unum et idem re, quod est
 illimitatum ad genus et ad speciem, refertur ad omnia ad que natum
 referri, et secundum omnem modum quo natus est referri; ideo Deus
 non refertur realiter ad creaturam, licet creatura referatur realiter ad
 Deum.

36 quod] *suppl.*: om. π 38 respectus] *coni.*: respectu π 56 natum] *an scrib.* natus?

[7] Hec autem opinio deficit in multis: primo in hoc quod ponit
 quinque requiri ad hoc quod relatio sit realis, quia hec quinque aut
 requiruntur ad realitatem relationis ut cause aut non, uel aliqua sic,
 aliqua non; non potest dici quod omnia requirantur ut cause, quia uel
 quodlibet eorum esset causa secundum se in alio et in alio genere
 cause, quod esse non potest pro eo quod hec sunt quinque et tamen
 non sunt nisi quatuor genera causarum, uel omnes concurrunt ad
 unum genus cause, quod similiter non potest esse, quia non omnia
 illa quinque habent eandem habitudinem aut relationem, ut de se
 patet; quod tamen oportet si concurrerent ad unum genus cause
 uel quedam eorum concurrerent ad aliud genus cause, puta duo
 prima, que se tenent ex parte subiecti, et alia concurrent ad aliud
 genus cause, puta tertium et quartum, que se tenent ex parte termini,
 quod etiam esse non potest, quia terminus relationis que est opposita
 relatio non potest habere aliquam causalitatem, super aliam
 relationem sibi ex opposito respondentem, quia quelibet haberet
 eandem causalitatem super aliam conuersim cum quelibet sit
 terminus alterius, et esset circulatio, quod est inconueniens in causis
 eiusdem rationis. Oportet ergo quod quedam eorum sint cause et
 quedam non, et tunc illa que sunt cause debuerunt assignari, alia uero
 non, aut quod nullum eorum sit causa, et tunc non est in aliquo
 responsum ad questionem qua queritur a quo habet relatio quod sit
 realis. Specialiter autem quod illud quintum requiratur ad realitatem
 relationis, scilicet quod extrema sint eiusdem ordinis, exponendo
 sicut exponunt, non uidetur uerum: primo, quia ipsum dictum
 uidetur sibi ipsi repugnare; dicunt enim quod creatura refertur
 realiter ad Deum; set constat quod extrema istius relationis non sunt

68 aut] *coni.*: an π 71 concurrent] *an scrib.* concurrerent π ?

eiusdem ordinis; ergo esse eiusdem ordinis nichil facit ad realitatem relationis.

[8] Si dicatur quod esse eiusdem ordinis non requiritur ad realitatem
 90 relationis, set ad hoc quod hinc et inde sit mutuo realis relatio in
 utroque extremorum, non ualet: primo, quia nos solum querimus
 quid est causa realis relationis, et patet quod esse eiusdem ordinis
 non facit ad hoc, ut uidemus in exemplo adducto de relatione
 creature ad Deum. Secundo, quia ad hoc quod realitas relationis sit
 95 mutua in utroque extremo, solum requiritur quod causa realitatis
 relationis | sit in utroque extremo; posita enim sufficiente causa
 ponitur effectus; cum ergo identitas ordinis nichil facit ad realitatem
 relationis, quia sine ea inuenitur realis relatio, uidetur quod positus in
 utroque extremo ceteris que sufficiunt ad realitatem relationis absque
 100 identitate ordinis, ut dictum est, debeat in utroque realis relatio poni;
 set omnia que ponuntur requiri ad realitatem relationis sunt in
 relatione Dei ad creaturam, sicut in relatione creature ad Deum, ut
 patet in illis quatuor que prius posita sunt; ergo non obstante
 diuersitate ordinis inter Deum et creaturam ex utraque parte debet
 105 esse realis relatio, quia sicut identitas ordinis nichil facit ad realitatem
 relationis, sic nichil facit ad hoc ut sit mutua realitas. Tertio, quia
 ratio que assignatur de diuersitate ordinis inter Deum et creaturam
 non est sufficiens; dicitur enim quod quia ambe relationes non sunt
 limitate ad genus et speciem uel ambe illimitate, set una est limitata,
 110 illa scilicet que est creature ad Deum, alia uero illimitata, scilicet illa
 que est Dei ad creaturam, ideo illa que est limitata est relatio
 secundum rem, illa uero que est illimitata est relatio secundum
 rationem.

[9] Istud enim non uidetur conuenienter dictum, quia esse limitatum
 115 et illimitatum potest facere quod ea quibus hec conueniunt non

dicantur uniuoce; set non potest facere quod differant sicut res et ratio; uerbi gratia sapientia illimitata, que est sapientia diuina, et sapientia limitata, que est sapientia creata, non dicuntur uniuoce, set tamen non differunt sicut res et ratio, imo sicut sapientia creata est realis sapientia, sic, imo uerius sapientia diuina est realis sapientia; 120
 similiter in proposito relatio Dei illimitata et relatio creature limitata non dicuntur uniuoce, set propter hoc, ut uidetur, non differunt ut res et ratio, imo sicut relatio creata est realis relatio, sic et uerius relatio diuina erit realis relatio, quia illimitata.

[10] Propter hoc dicendum est aliter, quod `relatio` potest accipi 125
 dupliciter, ut patet ex precedente questione, uidelicet pro reali respectu existente in rerum natura et consequente ad suum fundamentum per se uel per accidens, uel pro reali denominatione sumpta ex pluribus. Accipiendo primo modo `relationem`, uidelicet pro respectu consequente ad suum fundamentum per se uel per 130
 accidens, si loquamur de respectu consequente per se ad fundamentum, realitas talis respectus est totaliter et precise a realitate fundamenti seu a causa fundamenti; uocatur autem hic `fundamentum reale`, quando relatiuum ex natura alicuius existentis in ipso coexigit aliud, et hec ratio communis est Deo et creaturis. Set 135
 in hoc est differentia, quia in creaturis, in quibus sunt fundamenta distincta relationum oppositarum, talis coexigentia est propter dependentiam fundamenti ad fundamentum, sicut esse in alio in creaturis, in quibus iste modus essendi est realis, requirit fundamentum dependens ad aliud ut in quo; set in diuinis, in quibus 140
 est unum fundamentum relationum oppositarum, talis coexigentia non est propter dependentiam, set propter fecunditatem fundamenti, realitas autem accidentalis est ex realitate extremorum cum reali concursu eorum.

- 145 [11] Ex hoc ad propositum dicendum est quod accipiendo
 `relationem` primo modo Deus non refertur ad creaturam realiter,
 set accipiendo secundo modo, scilicet pro reali denominatione
 sumpta ex pluribus, Deus refertur realiter ad creaturam ex tempore,
 ut cum dicitur `Dominus` uel `Creator` aut `creans`. Primum patet,
 150 quia realis respectus consequens fundamentum per se simul est cum
 fundamento suo, sicut esse in alio simul est duratione cum natura
 accidentis; set illud quod est simul cum natura diuina est ab eterno et
 non ex tempore; ergo nichil dictum de Deo ex tempore potest esse
 realis respectus per se consequens ad naturam diuinam.
- 155 [12] Item patet de respectu accidentaliter adueniente, quia talis
 respectus dicit nouum modum essendi, sicut patet de eo quod est
 tangi uel tangere et de consimilibus; set Deo nullus modus essendi
 potest aduenire; ergo nec talis accidentalis respectus. Vtrumque
 istorum potest probari communi ratione sic: quicquid est in Deo
 160 realiter necesse est esse; set illud quod conuenit Deo ex tempore non
 est necesse esse, quia iam non esset ex tempore; ergo nichil tale est in
 π86ra Deo realiter. Secundum patet, quia cum creatura | sit a Deo sicut a
 causa producente et conseruante et regente, Deus potest denominari
 non solum secundum ea que competunt ei absolute, set etiam
 165 secundum ea que competunt ei in habitudine ad creaturam, quia
 creatura est ex tempore; ideo talis denominatio competit Deo ex
 tempore, ut cum dicitur `Creator` uel `creans` cum de nichilo alia
 producit, uel cum dicitur `Dominus`, quia preest creature et illa
 subest, et iste denominationes respectiue sunt quedam reales
 170 appellationes sumpte ex pluribus rebus, set non sunt reales respectus
 existentes in Deo, et predictae denominationes respectiue magis
 uidentur pertinere ad predicamentum actionis quam relationis.
- [13] Ad primum argumentum dicendum quod circumscripto omni

actu rationis Deus est Creator et Dominus, nec ista nomina dicunt
relationem rationis, set denominationem actionis extrinsecus
aduenientem, que est realis, sicut et illud extrinsecus adueniens unde
oritur. 175

[14] Ad secundum dicendum quod denominatio respectiua Dei ad
creaturam est realis, quia habet reale fundamentum et reale
extremum; set in Deo nullus est realis respectus per comparisonem
ad creaturam. 180

[15] Ad tertium dicendum quod nos non negamus quin Deo
conueniat realis denominatio respectiua sumpta ex pluribus; talis
enim potest aduenire alicui sine eius mutatione et compositione,
sicut patet de similitudine et equalitate, et de hiis est uerum dictum
ARISTOTELIS V Phisicorum; set realis respectus per se
consequens fundamentum suum non potest de nouo alicui aduenire
sine eius mutatione nec respectus accidentaliter aduenit de nouo alicui
quin ponat in eo nouum modum essendi; et propter hoc nullus
predictorum respectuum potest Deo conuenire ex tempore. 185
190

179 realis] scr.: ealis π

Distinctio 31^a
Sententia in generali et speciali

[1] *Preterea considerari oportet.* Superius determinavit MAGISTER de
5 proprietate Personarum; nunc determinat de appropriatis. Et
diuiditur in duas partes: primo enim determinat de appropriatis
Personarum; secundo inquit quomodo secundum appropriata
Persone adinuicem comparantur. Secunda pars incipit in principio
10 32^e distinctionis: *Hic oritur questio.* Prima diuiditur in tres: primo
determinat quorundam nominum significationes que Personis
diuinis appropriantur; secundo assignat appropriata secundum
HILARIUM; tertio secundum AUGUSTINUM. Secunda ibi: *Hic non est*
pretermittendum. Tertia ibi: *Illud autem sciri oportet.* Prima pars diuiditur
15 in tres: primo inquit de significatione huius nominis `equalitas`;
secundo de `simili` et `similitudine`; tertio ex dictis approbat
QUORUNDAM sententiam. Secunda ibi: *Hec etiam dicimus de `simili`.*
Tertia ibi: *Vnde QUIBUSDAM.* Secunda pars principalis, in qua ponit
appropriationem HILARII, diuiditur in duas: primo enim ponit
appropriationem HILARII cum expositione AUGUSTINI; secundo
20 respondet ad premissa. Tertia pars principalis, in qua ponit
appropriationem AUGUSTINI, diuiditur in duas: primo enim
proponit eam; secundo ponit appropriationis rationem. Secunda
ibi: *Set plurimos mouet.* Hec est sententia in generali.

4 *Preterea...oportet*] Lomb., 223, 12 | *Superius...Personarum*] cf. Lomb., 196,
26 - 223, 8 9 *Hic...questio*] Lomb., 232, 25 12 *Hic...pretermittendum*]
Lomb., 225, 12 13 *ibi...oportet*] Lomb., 228, 19 16 *Hec...`simili`*] Lomb.,
224, 10-11 17 *Vnde quibusdam*] Lomb., 225, 2-9 | *Secunda...20 premissa*] cf.
Lomb., 225, 12 - 228, 17 23 *Set...mouet*] Lomb., 229, 5

[2] In speciali sic procedit. Et inquit primo utrum hoc nomen
 `equale` substantiam an relationem dicat in diuinis; secundo inquit 25
 utrum equalitas secundum essentiam an relationem attendatur; tertio
 inquit que sit ipsa equalitas. Ad primum respondet quod `equale`
 relatiue dicitur; nichil enim sibiipsi est equale. Ad secundum
 respondet quod equalitas est quedam relatio secundum nomen
 solum; realis enim equalitas in diuinis est identitas unitatis. Postea 30
 dicit quod idem est de simili, quia relatiue dicitur secundum nomen,
 similitudo autem secundum essentie unitatem attenditur. Postea
 autem approbat ex hiis opinionem QUORUNDAM dicentium quod
 `simile` et `equale`, non positue, set negatiue dicuntur in diuinis;
 `equalitas` enim excludit magnitudinem differentem, `similitudo` 35
 uero diuersitatem. Postea ponit appropriationem HILARII, dicens
 quod HILARIUS eternitatem appropriat Patri, speciem Filio, usum
 Spiritui Sancto; quam AUGUSTINUS exponens dicit: eternitatem
 appropriat Patri, quia eternitas priuat principium, et ideo conuenit |
 Patri, quia innascibilis est, Filium uero uocat `Ymaginem`, cui 40
 attribuit speciem et pulchritudinem propter perfectam et
 proportionatam Patris representationem cum summa equalitate et
 similitudine, Spiritum Sanctum uocat `Munus`, quia Donum est
 Patris et Filii, cui attribuit usum; ab ipso enim ad nostram utilitatem
 omnia nobis infunduntur. Postea respondet ad quoddam dubium; 45
 posset enim aliquis credere quod HILARIUS in uerbi predicti
 proprietates personales expressit. Vnde determinat quod non,

30 equalitas] *scr.*: qualitas π

24 Et...30 unitatis] cf. Lomb., 223, 12 - 224, 7 30 Postea...32 attenditur] cf.
 Lomb., 224, 8-13 32 Postea...36 diuersitatem] cf. Lomb., 225, 2-9
 36 Postea...45 infunduntur] cf. Lomb., 225, 12 - 227, 19; Hilar., *De Trin.*, II, 1
 (38, 14-22); Aug., *De Trin.*, VI, 10, 11-12 (241, 1 - 243, 62) 45 Postea...49
 innascibilitatis] cf. Lomb., 227, 21 - 229, 3

uidetur tamen quod nomen eternitatis dedisset intellectum
innascibilitatis. Subdit etiam quod secundum HILARIUM, licet Pater
50 sit equalis Filio et econuerso, tamen dicit quod Filius equatur Patri, et
per originem tendit in Patris equalitatem et non econuerso. Postea
ponit applicationes AUGUSTINI quod Patri unitas appropriatur, Filio
equalitas, Spiritui Sancto utriusque concordia. Postea declarat, et
55 primo quomodo unitas appropriatur Patri; licet enim omnes Persone
propter nature unitatem et conformitatem uoluntatis possint dici
unum, quia tamen non habet principium a quo sit, appropriatur
Patri, qui est sine principio. Vbi etiam subdit quod Pater et Filius et
60 Spiritus Sanctus dicuntur esse unum principium, unde et unus
Dominus; equalitas uero appropriatur Filio, in quo primo inuenitur
equalitas in diuinis, Spiritui Sancto autem appropriatur concordia,
quia ipse procedit in diuinis ut amor et dilectio. Hec est sententia etc.

Questio prima

Vtrum equalitas in diuinis sit relatio realis

[1] Circa distinctionem istam queritur de duobus: primum est de
5 equalitate diuinarum Personarum; secundum est de appropriatione
que fit in diuinis. Quantum ad primum sic proceditur. Et uidetur
quod equalitas in diuinis relatio sit realis, quia ille relationes que sic se
habent quod earum est idem fundamentum et eadem extrema, si una
est realis, et alia; set relationes originis habent idem fundamentum et
10 eadem extrema cum relatione equalitatis (utrobique enim est essentia

49 Subdit...51 econuerso] cf. Lomb., 229, 5-17 51 Postea...61 dilectio] cf.
Lomb., 229, 22 - 232, 21 2 Vtrum...realis] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 31, 1, 1
(718-720)

diuina fundamentum et Persone diuine sunt extrema); ergo cum relationes originis sint reales, uidetur quod relatio equalitatis sit realis.

[2] Item sicut perfectio diuina essentie requirit quod ipsa a Patre communicetur Filio, ita requirit quod sit eadem in Patre et Filio; set propter primum Pater realiter refertur ad Filium relatione originis, quia scilicet habet essentiam a Patre; ergo propter secundum Pater debet realiter referri ad Filium relatione equalitatis, quia Filius habet eandem essentiam cum Patre.

15

[3] In contrarium arguitur quia si equalitas in diuinis esset realis relatio, tunc in diuinis essent plures relationes reales quam quatuor; hoc autem est inconueniens; ergo etc.

20

[4] Responso. Hic est triplex modus dicendi concors in conclusione hac, quod equalitas in diuinis est solum relatio rationis, set differens in modo probandi. Primus modus talis est: relationum quedam sunt similium nominum, sicut ille que fundantur super unum pro idem `simile' et `equale'; quedam dissimilium, et hee sunt in triplici differentia, quia quedam fundantur super numerum, ut `duplum', `subduplum', quedam super actionem et passionem, ut `pater' et `filius', quedam autem referuntur ut mensura et mensuratum, et hee relationes dissimilium nominum proportionabiliter se habent ad illas que sunt similium nominum et econuerso, ita quod sicut sunt duo modi reales relationum dissimilium nominum, scilicet illarum que fundantur super numerum et illarum que fundantur super actionem et passionem, tertius autem modus relationum est secundum rationem, scilicet mesure ad mensurabile, sic in relationibus similium nominum duo modi sunt reales, in creaturis duntaxat, scilicet equalitas et similitudo, tertius autem est secundum rationem,

25

30

35

26 hee] scr.: hæc π

scilicet identitas. Tunc dicunt ISTI ulterius quod sicut qualitas et
 40 quantitas in diuinis transeunt in substantiam, sic relationes fundate
 super quantitatem, ut equalitas, et super quantitatem, ut similitudo,
 transeunt in relationem fundatam [in] super substantiam que est
 identitas; cum ergo identitatis semper sit relatio secundum rationem,
 oportet quod equalitas et similitudo, ut sunt in diuinis, quia sic
 transeunt in identitatem, sunt relationes rationis tantum.

45 [5] Licet hec conclusio sit uera, tamen ratio probans eam
 multipliciter deficit: primo, quia quod relationes dissimilium
 nominum proportionantur relationibus similium nominum, non est
 de se notum nec IPSI probant, set absque aliqua probatione
 assumunt. Secundo, quia dato quod proportionentur, ita ut relatio
 50 identitatis respondeat relationi measure et mensurabilis, tunc
 deberent dicere quod sicut relatio measure et mensurabilis est relatio
 ex una parte realis et ex alia secundum rationem tantum, sic identitas
 ex una parte erit relatio realis, et ex alia relatio rationis tantum, quod
 est absurdum. Tertio, quia applicatio ad propositum non est
 55 conueniens, scilicet quod si quantitas et qualitas in diuinis transeunt
 in substantiam, quod equalitas et similitudo transeant in identitatem
 que sit relatio rationis; possumus enim in diuinis accipere dupliciter
 identitatem: uno modo, prout unaqueque Persona dicitur eadem
 sibiipsi, et hec identitas proculdubio est relatio rationis, quia est ad
 60 aliud secundum rationem tantum, et in hanc non transeunt
 similitudo et equalitas; alio modo possumus accipere identitatem,
 prout una Persona dicitur eadem alteri in essentia, et in hanc
 transeunt similitudo et equalitas. Set quod hic sit relatio rationis, non
 minus est dubium quam de similitudine et equalitate, etiam in

41 in²] *sed.* | super substantiam] *scr.:* supersubstantiam π 52 parte] *scr.:* parte π

creaturis. Si autem aliquando duo participantia unum in specie 65
 quantitatis et qualitatis referuntur ad se inuicem realiter, multo
 fortius ea que participant unum in specie substantie secundum illud
 unum debent referri ad se inuicem realiter. Eodem modo in diuinis,
 ubi plura supposita participant unum secundum numerum, siue illud 70
 unum accipiat sub ratione substantie siue quantitatis uel
 quantitatis, eque dubium est ex quo supposita relata sunt realiter
 distincta et fundamentum realiter unum, quod referantur secundum
 rationem tantum, fundamento accepto in ratione substantie, sicut eo
 accepto in ratione quantitatis et qualitatis.

[6] Secundus modus probandi eandem conclusionem talis est: de 75
 ratione relationis est quod per eam aliquid dicatur ad se habere, set
 secundum equalitatem diuina Persona non se habet ad aliud
 secundum rem, quia Persona dicitur equalis Persone secundum
 essentiam acceptam sub ratione quantitatis; una autem Persona est
 eadem alteri quo ad essentiam; quare equalitas inter diuinas Personas 80
 non est relatio realis.

[7] Set contra hoc arguitur, quia licet de ratione relationis sit esse ad
 aliud quantum ad extrema relata, non tamen quo ad fundamentum
 relationis (alioquin in diuinis non esset aliqua relatio realis, quia
 omnes relationes diuine fundantur super essentiam, que est una 85
 numero in distincta in omnibus Personis); igitur unitas essentie
 diuine et diuinarum Personarum in essentia accepta sub ratione
 quantitatis non impedit quin equalitas sit realis relatio. Quod autem
 essentia, que est una numero, sit fundamentum omnium relationum
 diuinarum, etiam originis, patet, quia in diuinis non sunt nisi duo 90
 predicamenta, substantia et relatio; set relatio non potest fundari
 super relationem (alioquin esset processus in infinitum); ergo
 fundatur super essentiam uel substantiam, que est idem.

[8] Et idcirco ALIQUI suppleant modum istum dicentes quod licet
 95 non sit necessarium ad realitatem relationum quod extrema
 habeant distinctum fundamentum, tamen necessarium est quod
 extrema, ut extrema sint realiter distincta; nunc est ita quod
 Persone diuine licet sint realiter distincte, ut sunt extrema
 relationum originis, non tamen ut sunt extrema relationis equalitatis
 100 et similitudinis; propter quod relationes originis sunt reales, non
 autem relationes equalitatis uel similitudinis. Minor probatur, quia
 Pater et Filius de se dicuntur extrema relationum originis et de se
 distinctionem habent; set Pater et Filius ut sic non sunt extrema
 relationum equalitatis aut similitudinis, set ut quanta uel qualia;
 105 equalitas enim est duorum quantorum et similitudo duorum
 qualium; Pater autem et Filius non distinguuntur ut quanti et
 equales, set sunt penitus unum re; quare etc.

π86vb | [9] Tertius modus est qui uidetur uerior et magis consonat
 110 predictis, quod relationes equalitatis et similitudinis non sunt reales
 in diuinis, set tantum relationes originis, quia, ut dictum fuit supra,
 relatio realis uel est realis respectus accidentaliter adueniens uel est
 denominatio sumpta ex pluribus. Similitudo autem et equalitas nullo
 istorum modorum possunt esse reales relationes in diuinis. Quod
 patet primo accipiendo `relationem` pro respectu consequente per se
 115 ad suum fundamentum, quia talis respectus est realis ex hoc quod
 extrema realia ex natura sui fundamenti habent inter se necessariam
 exigentiam; nunc est ita quod Persone diuine non habent inter se
 necessariam exigentiam ratione essentie, ut est fundamentum
 equalitatis et similitudinis, habent autem, ut ipsa est fundamentum
 120 relationum originis; ergo sole relationes originis sunt reales, non
 autem relationes equalitatis aut similitudinis. Maior probata fuit
 prius. Minor declaratur, quia essentia diuina aut est una habens

rationem quantitatis et qualitatis, et sic est fundamentum relationum
 equalitatis et similitudinis, aut est essentia fecunda, et sic est
 fundamentum relationum originis; ex fecunditate enim diuine
 125 essentie est quod in ipsa una numero existente sint plures Personae,
 quarum Personarum una sit ab alia et tertia ab utraque; cum igitur
 essentia diuina, ut est una, non requirat quod sit in pluribus, set hoc
 requirit solum in quantum est fecunda et sub hac ratione solum est
 fundamentum relationum originis, patet quod ille sole sunt reales in
 130 diuinis. Respectus autem realis accidentaliter adueniens non conuenit
 Deo etiam per comparisonem ad creaturam, ut prius probatum fuit,
 et multo minus per comparisonem ad intrinseca; propter quod
 equalitas que est inter Personas diuinas non potest esse realis
 respectus accidentaliter adueniens. Denominatio etiam respectiua
 135 que est `realis relatio` sumitur ex pluribus rebus realiter inter se
 differentibus, ut supra dictum fuit; `equalitas` autem diuinarum
 Personarum non est denominatio sumpta ex pluribus rebus, set est
 denominatio sumpta ex unica re, que nullo modo est realiter
 plurificata, set solum secundum rationem, et ideo non est realis
 140 relatio in diuinis sicut in creaturis.

[10] Ad primum argumentum dicendum quod ille relationes que
 habent eadem extrema et idem fundamentum sub eadem reali
 ratione exigentie extremorum omnes sunt reales equaliter; nunc est
 ita quod in essentia diuina, ut est fundamentum relationum originis,
 145 est sufficiens ratio exigentie extremorum (hec enim est fecunditas
 nature, ut dictum est); set in ipsa, ut est fundamentum equalitatis et
 similitudinis, non est talis ratio exigentie (unitas enim essentie non
 requirit quod ipsa sit in pluribus suppositis); quare etc.

[11] Ad secundum dicendum quod perfectio essentie diuine, ut
 150 fecunda est, requirit quod sit a Patre in Filio; set perfectio essentie

155 diuine, ut una est, non requirit quod in eis sit una, quia ut una est, non requirit quod sit in pluribus, et per consequens non requirit quod sit una in pluribus; tota ergo necessitas exigentie est ex fecunditate nature, secundum quam ipsa est fundamentum relationum originis, et non ex eius unitate, secundum quam ipsa est fundamentum equalitatis et similitudinis.

Questio secunda

Vtrum `equalitas` dicitur positue an priuatiue in diuinis

5 [1] Secundo queritur utrum equalitas dicatur positue an priuatiue in diuinis. Et uidetur quod priuatiue, quia quecunque opponuntur priuatiue, alterum dicitur positue, alterum uero priuatiue; set secundum PHILOSOPHUM X Methaphisce `equale` opponitur `magno` et `paruo` priuatiue; set `magnum` et `paruum` dicuntur positue; ergo `equale` dicitur priuatiue.

10 [2] In contrarium arguitur, quia `equale` et `inequale` opponuntur priuatiue; set `inequale` dicitur priuatiue; ergo `equale` dicitur positue.

15 [3] Responsio. In equalitate et similitudine tria sunt consideranda: fundamentum relationis, quod est quantitas uel qualitas, extrema relationis, que dicuntur `equalia` aut `similia`, et ipsa habitudo
 π87ra relatiua equalitatis aut | similitudinis. Nomen autem `equalitatis` aut `similitudinis` non significat primum, scilicet fundamentum; sic enim

2 Vtrum...diuinis] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 31, 1, 1 (718-720)
 7 `equale`...priuatiue] cf. Arist., *Metaph.*, X, 5, 1056a22-24

significaret similitudo albedinem, que est eius fundamentum inter duos albos, quod nullus diceret; mutaretur enim eius significatum cum mutetur frequenter similitudinis fundamentum; sunt enim aliqui similes in nigredine sicut alii sunt similes in albedine. Nec significat extrema relata, ut de se patet. Ergo nomen `equalitatis` directe significat tertium, scilicet ipsam habitudinem relatiuam. Alia tamen duo dat intelligere non sicut significata, set sicut habentia habitudinem ad principale significatum.

[4] Hoc supposito dicendum quod equalitas quantum ad suum formale significatum dicitur positie. Quod patet sic: omne quod est directe in predicamento secundum rem uel relationem et non per aliam reductionem est positium et non priuatiuum (priuationes enim et negationes sunt in predicamentis solum reductie ratione habituum uel affirmationum); set equalitas est directe in predicamento relationis saltem secundum rationem cum sit relatio, licet rationis in diuinis; ergo `equalitas` formaliter dicit aliquid positium. Maior patet, quia esse relationem uel aliquid aliud pertinens ad predicamentum secundum rem uel secundum rationem non facit differentiam secundum positium et priuatiuum. Et ideo sicut illud quod dicit relationem realem directe uel rem alterius predicamenti est formaliter aliquid positium, sic illud quod dicit directe relationem rationis uel relationem alterius predicamenti est formaliter positium; et idem est dicendum de extremo relationis sumpto concretie sub nomine `relationis`, ut equale, quia idem importatur formaliter per concretum et abstractum. Quantum autem ad fundamentum equalitatis dicendum est quod possumus ipsum considerare uel quantum ad

18 significaret] *omi.*: significa.& π

45 illud quod est, et sic est aliquid positium et positue dictum, quia
 hoc est quantitatis uel aliquid acceptum sub nomine `quantitatis`;
 uel possumus ipsum considerare sub formali ratione fundamenti, et
 sic dicitur communiter quod formaliter ratio fundamenti equalitatis
 sit ratio unius; super unum enim in quantitate fundatur equalitas,
 50 ratio autem unius est ratio priuatiua; patet, quia `equalitas` et
 `equale` dicuntur priuatiue. Set hoc non est formaliter, ut dictum
 est. Verumtamen in hoc sensu loquitur PHILOSOPHUS X
 Methaphisice quando dicit quod equale opponitur magno et
 paruo priuatiue; sic etiam diffinitur cum dicitur quod equale est
 55 quid positum iuxta alterum nec excedit nec exceditur.

[5] Per hoc patet responsio ad argumentum in oppositum.

[6] Aliud autem argumentum probat quod equalitas quantum ad
 illud quod dicit formaliter dicitur positue, quod concedendum est.

60

Questio tertia

Vtrum essentialia attributa debeant appropriari diuinis Personis

[1] Ad secundum principale sic proceditur. Et uidetur quod
 5 essentialia attributa non debeant appropriari diuinis Personis, quia
 eque communia sunt in diuinis attributa essentialia sicut essentia; set
 essentia nulli appropriatur; ergo nec essentialia.

[2] Item prius est proprium quam appropriatum, quia
 `appropriatum` dicitur per similitudinem ad `proprium`; set
 10 propria Personarum non sunt priora essentialibus attributis, imo

49 sit] sors: fit π

53 equale...priuatiue] cf. Arist., *Metaph.*, X, 5, 1056a22-24 2 Vtrum...Personis]
 cf. Thom., *Super Sent.*, I, 31, 1, 2 (720-722); *S.th.*, I, 39, 7-8

sunt secundum rationem posteriora; ergo essentialia attributa non possunt appropriari Personis.

[3] In contrarium est quod dicit AUGUSTINUS et HILARIUS in litera.

[4] Responsio. Dicendum est primo quod appropriatio in diuinis est possibilis; secundo quod est utilis; tertio reddetur ratio de appropriationibus diuersis.

[5] Quod sit possibilis, patet; non enim appropriatur nisi commune; est enim appropriatum de communi tractum ad proprium. Item ad omne commune appropriatur cuilibet; set illud [quod] habet aliquam conuenientiam cum proprio propter quod de communi trahitur ad proprium; licet autem omnia attributa essentialia sunt communia omnibus | Personis, tamen quedam habent maiorem conuenientiam cum proprio Persone quam alterius; propter quod illi Persone potest conuenienter appropriari et secundum hoc `potentia`, que nominat principium, appropriatur Patri, qui est primum principium; `sapientia` uero, que ad intellectum pertinet, appropriatur Filio, qui procedit per modum intellectus; `bonitas` autem appropriatur Spiritui Sancto, qui procedit per modum uoluntatis, cuius obiectum est bonum; appropriatio ergo est possibilis et rationalis.

[6] Est etiam utilis, quia per appropriata aliquo modo in cognitionem Personarum hoc modo: inuenitur enim distinctio in attributis et in Personis, set differenter, quia distinctio Personarum est realis, distinctio uero attributorum est secundum rationem et est nobis magis nota, et quamuis per attributa sola ratione distincta non possumus sufficienter arguere distinctionem Personarum, tamen

¹⁹ quod] *sed*.

¹³ In...litera] cf. Hilar., *De Trin.*, II, 1 (38, 14-22); Aug., *De Trin.*, VI, 10, 11-12 (241, 1 - 243, 62); Lomb., 225, 12 - 227, 19

inspicimus in appropriatis aliquam similitudinem priorum, et sic per appropriata aliquantulum manuducimur in notitiam Personarum.

[7] Quantum ad tertium notandum est quod alia est appropriatio secundum HILARIUM, alia secundum AUGUSTINUM. HILARIUS enim appropriat eternitatem Patri, speciem Filio, usum Spiritui Sancto. Ratio autem huius appropriationis est hec: eternitas enim, quia est mensura ex sua ratione carens principio, appropriatur Patri, qui est principium non de principio; species autem appropriatur Filio, quia `species` quandoque sumitur pro ymagine, Filius autem est ymago Patris, ut prius dictum fuit; usus uero appropriatur Spiritui Sancto, quia `uti` large accipiendo est *assumere aliquid in facultatem uoluntatis*, Spiritus autem Sanctus procedit per modum uoluntatis, ideo etc.

[8] Beatus autem AUGUSTINUS appropriat unitatem Patri, quia unitas est principium numeri, Pater autem est principium diuinarum originum; ac equalitatem autem appropriat Filio, quia equalitas importat unitatem respectu alterius; est enim equale quod habet unam quantitatem cum alio et ideo appropriatur Filio, qui est secunda persona in Trinitate; `connexio` autem importat unionem duorum per tertium et ideo appropriatur Spiritui Sancto, qui procedit a Patre et Filio, ut sunt unum.

[9] Secundum hunc modum potest sumi illa appropriatio, Rom. 11°, si tamen APOSTOLUS intendit facere ibi aliquam appropriationem: *Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia*. Hec enim prepositio `ex` importat quandoque habitudinem cause materialis, et sic non habet locum in diuinis; quandoque habitudinem

46 facultatem] *scr. cum Augustino: facultate π*

44 Filius...Patris] cf. supra, I, 28, 3 (81va-b) 46 `uti`...uoluntatis] Aug, *De Trin.*, X, 11, 17 (330, 22-23); cf. supra, I, 1, 3, [3] (14va) 58 Quoniam...omnia] Paul, *Rom.*, 11, 36

cause efficientis, que quidem conuenit Deo in ratione sue potentie actiue; unde appropriatur Patri sicut et potentia. Hec autem prepositio `per` designat habitudinem forme per quam agens agit, sicut dicimus quod artifex agit per artem; unde sicut ars et sapientia appropriatur Filio, ita et hoc quod est per ipsum. Hec uero prepositio `in` denotat continentiam; continet autem Deus res in quantum sua bonitate eas conseruat et gubernat; et ideo esse in quo appropriatur Spiritui Sancto, sicut et bonitas.

65

[10] Ad primum argumentum in oppositum dicendum est quod non simile est de essentia et de attributis essentialibus, quia essentia, ut essentia est, non habet maiorem conuenientiam cum proprio unius Persone quam cum proprio alterius, et ideo non potest appropriari uni Persone magis quam alii; set diuersa attributa habent maiorem conuenientiam cum proprio unius Persone quam cum proprio alterius, ut uisum fuit prius; propter quod appropriantur magis uni quam alteri.

70

75

[11] Ad secundum dicendum quod in diuinis nichil est prius aut posterius secundum rem, set secundum rationem; et hoc modo quedam essentialia sunt priora propriis Personarum, set non dicuntur appropriata nisi ratione priorum; et sic sunt posteriora propriis Personarum secundum rationem talis nominis; nec est inconueniens quod aliquid sit prius et posterius altero secundum rationem quantum ad diuersas considerationes.

80

70 simile] *sr.*: simile π

Sententia huius distinctionis 32^e in generali et speciali

[1] *Hic oritur questio*. Superius determinauit MAGISTER de propriis et appropriatis Personarum; hic uero inquit qualiter Persone diuine comparantur adinuicem | secundum appropriata et propria. Et diuiditur in tres: primo ostendit qualiter comparantur secundum proprium et appropriatum Spiritus Sancti; secundo qualiter secundum appropriatum Filii; tertio quomodo comparantur secundum utrumque simul, scilicet de uno per comparisonem ad alterum. Secunda ibi: *Diligenter inuestigari oportet*. Tertia ibi: *Preterea diligenter notandum*. Prima istarum diuiditur in duas: Primo mouet dubitationem; secundo soluit. Secunda ibi: *Huic questioni*. Secunda pars principalis diuiditur in tres secundum tres questiones quas mouet et soluit. Secunda ibi: *Post hoc solet queri*. Tertia ibi: *Post hoc a quibusdam*. Tertia uero principalis diuiditur in duas: primo mouet dubitationem; secundo se a solutione excusat. Secunda ibi: *Difficile michi fateor*. Hec est diuisio et sententia lectionis in generali.

[2] In speciali uero sic procedit MAGISTER. Et querit primo utrum Pater et Filius dicantur diligere se Spiritu Sancto. Et uidetur quod non, quia diligere et esse in diuinis idem sunt; si ergo Pater diligit se Spiritu Sancto, tunc uidetur esse Spiritus Sanctus. Et respondet secundum AUGUSTINUM quod diligant se Spiritu Sancto. Postea querit utrum Pater sit sapientia genita. Et respondet quod non, quia

12 secundo] *sr.*: Secunda π 14 hoc¹] *hec Lomb.* | hoc²] *hec Lomb.*

3 Hic...questio] *Lomb.*, 232, 25 | Superius...Personarum] *cf. Lomb.*, 196, 26 - 232, 21 10 Diligenter...oportet] *Lomb.*, 234, 3 | Preterea...notandum] *Lomb.*, 238, 18 12 Huic questioni] *Lomb.*, 223, 16 14 Post¹...queri] *Lomb.*, 235, 7-8 | Post²...quibusdam] *Lomb.*, 237, 11 16 Difficile...fateor] *Lomb.*, 239, 10 18 Et...22 Sancto] *cf. Lomb.*, 232, 25 - 233, 31; *Aug.*, *De Trin.*, VI, 5, 7 (235, 2-9) 22 Postea...25 idem] *cf. Lomb.*, 234, 3 - 235, 6

sicut non est per Filium, sic non est sapiens per ipsum, cum esse et
sapere sint in Patre idem. Postea querit utrum Filius sit sapiens 25
sapientia genita. Et respondet per distinctionem quod sapientia
potest considerari in habitudine principii efficientis, et sic est
sensus quod sit ex sapientia genita, et hoc falsum est, imo est
sapiens a sapientia ingenita, que est Pater; uel potest considerari in
habitudine cause formalis, et sic est sensus quod sit sapiens per 30
sapientiam genita formaliter, et hoc est uerum. Postea querit utrum
sit una sapientia Patris et Filii. Et uidetur quod non, quia alia est
sapientia ingenita, alia genita, quarum tamen una dicitur Patris, alia
Filii. Et respondet quod una est sapientia essentialis, set notiones
differunt, sicut dilectio non differt ab essentia realiter, set per 35
relationem. Postea querit, cum Pater nullo modo sit sapiens per
Filius, quomodo Pater diligit per Spiritum Sanctum. Ultimo
excusat se a solutione huius questionis et dicit hanc questionem
difficilem esse ad soluendum, tamen sane intelligendum quod licet
Pater diligit se Spiritu Sancto, tamen dilectione essentiali diligunt se 40
Pater et Filius. Et in hoc terminatur etc.

Questio prima

Vtrum Pater et Filius diligant se Spiritu Sancto

[1] Circa distinctionem istam queritur primo utrum Pater et Filius
diligant se Spiritu Sancto. Et uidetur quod non, quia aut `diligere´ 5

25 Postea...31 uerum] cf. Lomb., 235, 7 - 236, 3 31 Postea...36 relationem] cf.
Lomb., 236, 5-19 36 Postea...Sanctum] cf. Lomb., 236, 21 - 239, 8
37 Ultimo...41 Filius] cf. Lomb., 239, 9-31 2 Vtrum...Sancto] cf. Thom., *Super*
Sent., I, 32, 1, 1 (740-745); *S.th.*, I, 37, 2

sumitur essentialiter aut notionaliter; set non potest esse uera, si
 `diligere` sumatur essentialiter, quia eadem ratione hec esset uera
 "Pater intelligit Filio", que tamen negatur ab AUGUSTINO; nec prout
 sumitur notionaliter, quia eadem ratione hec esset uera "Pater
 10 generat se Filio", uel "Pater et Filius spirant se Spiritu Sancto", quod
 non dicimus; quare nullo modo hec potest esse uera "Pater et Filius
 diligunt se Spiritu Sancto".

[2] In contrarium est quod dicit AUGUSTINUS VI De Trinitate
 quod Spiritus Sanctus est *quo genitus a generante diligitur genitoremque*
 15 *suum diligit.*

[3] Et arguitur per rationem, quia in creaturis nullus diligit se uel
 alium nisi amore a se procedente; ergo similiter in diuinis; set in
 diuinis Spiritus Sanctus est amor procedens; quare etc.

[4] Responsio. Ad euentiam istarum propositionum "Pater diligit
 20 se et Filium et Spiritum Sanctum et nos Spiritu Sancto", et similiter
 "Quelibet Persona diligit se et alias Personas et nos Spiritu Sancto",
 quia in omnibus est eadem difficultas, aduertendum quod hee
 questiones non sunt de re, set de modo loquendi. Circa quem sunt
 tres opiniones.

25 [5] Prima est quod omnes tales propositiones sunt false et
 retractate ab AUGUSTINO in suo simili, quando scilicet retractauit
 istam "Pater est sapiens Filio uel Sapientia genita"; sic enim se
 habet sapere Patris ad Filium, sicut diligere Patris ad Spiritum
 Sanctum.

10 generat] *coni.*: generare π

8 Pater...Augustino] cf. Aug., *De Trin.*, XV, 7, 12 (475, 27-30) 14 quo...diligit]
 cf. Aug., *De Trin.*, VI, 5, 7 (235, 5-6) 27 Pater...genita] cf. Aug., *Retract.*, I, 26
 (76, 55-57)

| [6] Set istud non placet aliis, quia AUGUSTINUS ea que retractauit
 expressit specialiter, et ipse non retractauit dicta ALIORUM, set sua;
 unde cum ALII communiter utantur talibus locutionibus,
 presumptuosum uidetur simpliciter negare eas. π87vb

[7] ALII sunt qui dicunt omnes tales propositiones esse ueras et
 proprias simpliciter. Ad cuius euidentiam considerandum est quod 35
 secundum ISTOS diligere potest sumi essentialiter uel notionaliter. Si
 sumatur essentialiter, tunc omnes tales propositiones sunt false, quia
 `diligere` sic acceptum est idem quod `esse`, et ideo sicut hec est
 falsa "Pater est Spiritu Sancto", sic et ista "Pater diligit Spiritu
 Sancto". Si uero `diligere` sumatur notionaliter, sic sunt uere, ut 40
 dictum est, et iste ablatius "Spiritu Sancto" constituitur in ratione
 effectus formalis sumendo large `effectum` pro omni producto et
 `formam` pro omni eo quod denominat aliquid; sunt enim aliqui
 effectus qui denominant suum agens et ob hoc dicuntur formales;
 quandocumque enim uerbum importat de suo nomine actum et cum 45
 actu dat intelligere productum, tunc productum denominat ipsum
 agens, sicut `florere` non solum nominat actum, set etiam includit
 productum, scilicet florem, et ideo potest dici quod arbor floret
 floribus, quamuis flores non sint forma arboris, set quidam effectus
 ab arbore procedentes; set quando in nomine actus non includitur 50
 effectus, tunc effectus non denominat agens, sicut non bene dicitur
 "Arbor producit florem floribus". Cum igitur `diligere` sumptum
 notionaliter non sit aliud quam spirare amorem et `dicere` non sit
 aliud quam producere uerbum, sicut `florere` est producere florem,
 ideo sicut uere et proprie dicitur "Arbor floret floribus", sic uere et 55

49 effectus] *omi.*: affectus π

proprie potest dici quod Pater dicit se et alia Verbo, et quod Pater diligit se et alia Spiritu Sancto.

[8] Iste autem modus non placet ALIIS propter multa. Primum est quia `diligere` non potest plus sumi notionaliter quam `intelligere`; sicut enim `intelligere` nominat operationem intellectus, ita `diligere`
 60 nominat operationem uoluntatis; set `intelligere` nunquam sumitur notionaliter; ergo nec `diligere`. Secundo, quia, sicut probatum fuit supra distinctione 6^a questione 2^a, actus notionales quibus Persone
 65 producuntur sunt actus nature diuine, ut est fecunda, quam fecunditatem non habet ex hoc quod est intelligens et uolens, set precedit utrumque ita quod est intelligere et uelle nec sunt actus quibus Persone producuntur nec supponuntur ab actibus productis; propter quod nullus actus intellectus aut uoluntatis potest esse notionalis, set sunt secundum modum intelligendi posteriores actibus
 70 notionalibus et eliciuntur a Personis iam constitutis per actus notionales, qui sunt mere naturales. Tertio, quia dato quod esset aliquod diligere notionale, adhuc nullo modo possent uerificari tales propositiones, quia nullus actus notionalis reflectitur supra Personam a qua est nec potest cadere super Personam uel super quamcunque
 75 rem aliam que per ipsum non constituitur. Cuius ratio est quia actus notionalis est actus productionis et ideo non tendit nisi in productum, et quia idem non producit seipsum, ideo actus notionalis non potest reflecti super Personam a qua est nec cadere super aliquid quod per ipsum non producitur; set cum dico quod Pater diligit se
 80 uel Filium uel nos Spiritu Sancto, ibi denotatur actus cadere reflexiue

65 uolens] *scr.*: nolens π 71 esset] *omi.*: esse π 73 reflectitur] *scr.*: reflectitur π
 76 non tendit] *scr.*: nō s tendit π

63 actus...fecunda] cf. supra, I, 6, 2 (31rb-vb)

super Patrem a quo est uel cadere directe super Filium uel super nos quorum neutrum per actum dilectionis notionalis constituitur; ergo nullo modo tales propositiones possunt esse uere, si `diligere` sumatur notionaliter.

[9] Set ad hoc respondent QUIDAM quod sunt quidam actus 85
 notionales qui sunt reflexiui, set non omnes; sunt enim, ut ISTI
 dicunt, in diuinis quedam reflexiue operationes, et non notionales, ut
 intelligere et uelle, et iste dicunt transitum in aliquid, set non
 transitum realem, set rationis tantum; quedam autem sunt notionales,
 set non reflexiue, sicut generare et spirare, et tales dicunt transitum 90
 realem in aliquod suppositum; quedam autem sunt que dicunt
 transitum realem et transitum rationis simul, sicut dicere et diligere
 notionale; dicere enim non solum respicit id quod actu dicendi
 producitur, set etiam illud quod producto uerbo representatur. Vnde
 `dicere` importat producendo uerbum aliquid uerbo representare uel 95
 manifestare. Et similiter `diligere` notionale importat producendo
 amorem personalem in aliud quasi in amatum tendere, | quorum 100
 alterum, scilicet `producere`, dicit transitum secundum rem, set
 aliud, scilicet `tendere in aliquid` tanquam in representatum uel in
 amatum dicit transitum secundum rationem; et tales actus, cum 105
 includant utrumque transitum rei et rationis, ratione transitus realis
 sunt notionales, set ratione transitus secundum rationem sunt
 reflexiui; propter quod bene dicitur quod Pater dicit se Verbo et
 diligit se Spiritu Sancto.

[10] Istud autem non uidetur bene dictum: primo, quia non est
 secundum se uerum; secundo, quia ratio non est soluta; tertio, quia

88 dicunt] *ani.*: dicuntur π

86 sunt²...operationes] cf. Thom., *S.th.*, I, 37, 2, ad 3

contradicit alii dicto ISTORUM. Quod non sit uerum secundum se, patet, quia nullum pure notionale includit illud quod est commune omni Persone; set habere respectum rationis ad aliquid tanquam
 110 representatum uel manifestatum uel amatum est commune omni Persone, sicut manifestare uel amare; ergo non includitur in `dicere` uel in `diligere` sumptis pure notionaliter.

[11] Item ratio est insoluta, quia impossibile est actum notionalem non includere realem productionem, etiamsi cum productione
 115 includat aliquem respectum rationis; ergo actus notionalis in nichil potest tendere nisi in productum, licet ad illud possit habere aliquem alium respectum, quia ille actus respectus, cum sit extra rationem actus notionalis, notionaliter tentus tenderet in illud. Adhuc si `dicere` et `diligere` sumpta notionaliter important transitum rei
 120 respectu Persone et transitum rationis respectu alicuius alterius, tunc `dicere` et `diligere` sic sumpta non poterunt competere nisi illi Persone que transit in aliam rem et in aliquid ratione, et sic solus Pater diceret se et alia Verbo, quia solus producit Verbum et solus per Verbum a se productum habet rationem manifestantis uel
 125 representantis se et alia ita quod hec duo copulatiue sumpta nulli nisi Patri conueniunt; et similiter solus Pater et Filius diligenter se uel alia Spiritu Sancto, quia solus Pater cum Filio producit Spiritum Sanctum et per Spiritum Sanctum a se productum habet respectum ad se uel ad alia sub ratione amantis ita quod hec duo copulatiue sumpta nulli
 130 alii possunt conuenire. Hoc autem non dicitur, imo ista conceditur "Filius et Spiritus Sanctus dicunt se uel alia Verbo" et ista "Spiritus Sanctus diligit se et alia Spiritu Sancto"; ergo `dicere` et `diligere` non sumuntur notionaliter.

116 illud] alias aliud *i.m. add. π*

[12] Item istud dictum contradicit cuidam alii dicto EORUM; dicunt enim alibi, ut recitatum fuit supra distinctione 27^a questione 2^a, quod `dicere` sumitur dupliciter: uno modo pro eo quod est producere Verbum, et sic est actus notionalis nec conuenit nisi Patri et illi non respectu sui uel creature, set tantum respectu Filii, et sic Pater dicit Verbum et non Verbo; alio modo sumitur `dicere` pro eo quod est manifestare, et sic est actus essentialis et conuenit cuilibet Persone respectu sui et aliorum; quilibet enim Persona manifestat se et alia; ergo secundum hoc `dicere` notionale non importat nisi producere Verbum et non representare uel manifestare aliquid, quia illud est simpliciter essentialis; nunc autem ponitur quod `dicere` notionale importat representare uel manifestare aliquid ratione cuius est actus reflexiuus; ergo est hic contradictio. Patet ergo quod nullus actus notionalis est reflexiuus.

[13] Quod ergo dicitur quod quando in actu intelligitur productum, tunc productum denominat agens, ut arbor floret floribus, similiter uidetur esse in proposito dicendum quod non est simile, quia non fit ibi reflexio nec transitus in aliud; non enim dicitur quod arbor floret se uel aliquid aliud floribus; hoc enim male diceretur. Hic autem dicitur quod Pater diligit se uel alia Spiritu Sancto, et ideo male, si `diligere` sumatur notionaliter. Set deberet dici: "Pater diligit Spiritu Sancto", sicut dicitur "Arbor floret flore uel floribus". Set neque hoc potest dici, quia quod effectus subsistens denominet agentem, contingit solum in uerbis intransitiuis, sicut est `florere`, quod passiuum non habet; unde bene dicitur "floret flore"; in uerbis autem transitiuis non, licet includant productum sicut `generare` de suo nomine includit genitum et `spirare` `spiritum` uel `spiratum`, cui dicunt in diuinis specialia producta, sicut `florere` includit `flore`, et tamen "generat genito" non bene dicitur, set "generat genitum",

nec "spirat spirato", set "spirat Spiritum uel spiratum" transituue. Et
 causa huius differentie est quia tale intransitiuum includit
 165 productum, ut in ipso existens, et non solum ut ab ipso procedens;
 π88rb `florere´ enim non solum dicit producere, set cum hoc | habere in se
 florem productum, et ideo denominat ipsum producens in quo est,
 set transitua solum includunt productum, ut ab istis existens, et non
 ut in ipsis manens; propter quod non denominant ipsum.

170 [14] Ideo dicendum est aliter quod omnes supra dicte propositiones
 sunt simpliciter false, si `diligere´ sumatur notionaliter; si uero
 sumatur essentialiter, sic sunt uere, licet sint improprie, et ideo
 exponende. Primum patet, quia quodocunq̄ aliquid sumptum
 cum determinatione predicatur de aliquo, potest etiam predicari de
 175 alio uel illo sumpto sine determinatione, nisi forte determinatio sit
 distrahens; tunc enim non potest; licet enim hec sit uera "Paulus
 homo mortuus", tamen non sequitur quod hec sit uera "Paulus est
 homo", quia esse mortuum est determinatio distrahens; alioquin
 sequeretur bene. Si ergo hec esset uera "Pater diligit Filium Spiritu
 180 Sancto" sumendo `diligere´ notionaliter, cum hec determinatio
 "Spiritu Sancto" non sit distrahens, sequeretur quod hec esset uera
 exclusa determinatione dicendo sic "Pater diligit Filium" sumendo
 `diligere´ notionaliter, ut prius; hoc autem est falsum, quia nullus
 actus notionalis est a Patre in Filium nisi generare; quare etc. Idem
 185 dicendum est de omnibus propositionibus consimilibus.

[13] Secundum patet, scilicet quod sumendo `diligere´ essentialiter
 omnes tales propositiones sunt uere, set improprie, et ideo sunt
 exponende, quia, ut dictum fuit supra distinctione 27^a, `Verbum´ et
 `Amor´, licet de uirtute et proprietate locutionis importent ipsos

188 `Verbum´...190 Personis] cf. supra, I, 27, 3, [10]-[11] (79va-b)

actus intellectus et uoluntatis, tamen appropriantur Personis, 190
 `Verbum` quidem Filio, `Amor` autem Spiritui Sancto. Cum ergo
 hec sit uera et propria "Pater diligit Filium, seipsum et nos amore
 essentiali", consequens est quod hec sit uera "Pater diligit Filium,
 seipsum et nos Spiritu Sancto", set est impropria et ideo exponenda
 sic ut sit sensus: "Pater diligit Filium et nos Spiritu Sancto, idest 195
 amore essentiali, qui appropriatur Spiritui Sancto". Similiter si
 `dicere` et `Verbum` sumantur essentialiter, hec est uera et propria
 "Pater dicit se et alia Verbo"; si uero `Verbum` sumatur notionaliter
 pro Filio, sumpto semper `dicere` essentialiter, sic est hec uera per
 appropriationem tantum "Pater dicit se et omnia Verbo uel Filio, 200
 idest uerbo essentiali, quod appropriatur Filio, uel uerbo personali",
 et sub eodem sensu illa est concedenda "Pater est sapiens Filio", quia
 falsa est secundum proprietatem locutionis et sic negat eam
 AUGUSTINUS, est tamen uera per appropriationem, sicut alie que
 dicte sunt. 205

[16] Ad primum argumentum patet responsio. Ad auctoritatem
 AUGUSTINI dicitur pro parte opposita, quia Spiritus Sanctus est
 Amor solum per appropriationem, non tamen per proprietatem.

[17] Ad aliud dicendum quod nullus diligit nisi amore a se
 procedente eo modo quo actus intelligitur procedere ab agente; set 210
 non oportet quod ille amor procedat ut aliquid productum per actum
 agendi qualitercunque sumptum; et ideo proprie loquendo Pater
 diligit se et alia amore essentiali, qui procedit a Patre ut actus ab
 agente, non secundum distinctionem realem, set rationis tantum; et
 quia hic amor appropriatur Spiritui Sancto, ideo per appropriationem 215
 Pater dicitur diligere Spiritu Sancto secundum expositionem prius
 positam.

Questio secunda

Vtrum Filius sit sapiens sapientia genita

[1] Secundo queritur utrum Filius sit sapiens sapientia genita. Et uidetur quod non, quia eadem est sapientia Patris et Filii; set sapientia Patris non est genita, quia Pater nichil habet genitum; ergo nec sapientia Filii est genita.

[2] Item nichil essenziale in diuinis est genitum; set sapientia est aliquid essenziale; ergo non est genita; quare filius non est sapiens sapientia genita.

[3] In contrarium est quia Filius est sapiens per se; set ipse est sapientia genita; quare etc.

[4] Item Hilarius dicit, et habitum fuit prius in litera distinctionis 5^e, quod *Filius nichil habet nisi* genitum uel *natum*; set Filius habet sapientiam qua dicitur sapiens; ergo ipsa est genita uel nata.

| [5] Responsio. Dicitur hic communiter et bene quod iste ablatius notat quandam habitudinem; potest ergo notare habitudinem principii efficientis, et sic est falsa, quia nichil genitum efficit sapientiam in Filio, et in eodem sensu posset concedi quod Filius est sapiens sapientia ingenita, quia Filius habet a Patre quod sit sapiens, Pater autem dicitur sapientia ingenita, sicut Filius dicitur sapientia genita; uel potest ablatius notare habitudinem principii formalis, sicut corpus dicitur coloratum albedine, et sic adhuc ista est falsa "Filius est sapiens sapientia genita", quia sapientia per quam Filius est formaliter sapiens est sapientia essentialis, que non est genita, licet sit per generationem communicata, quia genitum proprie est illud quod

2 Vtrum...genita] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 32, 2, 2, 1 (753-755); *S.th.*, I, 41, 3, ad 4 14 Filius¹...natum] Hilar., *De Trin.*, IV, 10 (111, 7-8); cf. Lomb., 83, 26

per generationem producitur. Et sub hoc sensu posset adhuc concedi quod Filius sit sapiens sapientia ingenita, quia ingenitum aliquo modo potest conuenire essentie, et iste modus loquendi magis accedit ad proprietatem quam primus. Alio modo potest ablatius dicere habitudinem cause subiectiue seu materialis, sicut dicimus quod corpus est coloratum superficie uel superficies est colorata seipsa; licet autem in diuinis non sit proprie subiectum uel materia, tamen ponimus ibi Personam uel hypostasim, que secundum nostrum modum intelligendi se habet quasi subiectiue ad ea que sibi attribuuntur, et sic licet uideatur aliquibus quod hec possit concedi "Filius est sapiens sapientia genita, idest seipso, qui est sapientia genita", tamen est ualde impropria, tum quia Filius non est sapientia genita proprie, licet sit sapientia et sic genitus, quia non conuenit ei esse genitus, secundum quod est sapientia, tum quia ly `sapientia genita´ uidetur esse determinatio predicati et non conditio, ut in isto sensu dicitur.

[6] Sic tamen procedit primum argumentum ad primam partem.

[7] Ad aliud dicendum quod Filius nichil habet nisi genitum, idest quod non acceperit per generationem, et non quod essentia uel essentialia sint genita, set solum per generationem communicata.

[8] Alia argumenta bene probant quod formali predicatione hec est falsa "Filius est sapiens sapientia genita", quod concedo.

Sententia huius distinctionis 33^e in generali et speciali

[1] *Post supra dicta*. Superius determinavit MAGISTER de essentia,
Personis et proprietatibus; hic uero determinat comparationes
5 illarum ad inuicem. Et diuiditur in duas partes: primo ostendit
qualiter proprietates comparantur ad essentiam et Personam;
secundo qualiter Persone ad essentiam comparantur. Secunda in
principio 34^e distinctionis: *Predictis autem adiiciendum*. Prima est
presentis lectionis. Et diuiditur in tres partes: primo mouet
10 dubitationem; secundo determinat; tertio excludit errorem.
Secunda ibi: *Quod enim*. Tertia ibi: *Hoc autem ALIQUI negant*. Prima
diuiditur in tres: primo probat quod proprietates sint in Personis;
secundo quod sunt ipse Persone; tertio quod sunt ipsa natura
diuina. Secunda ibi: *Superius quoque*. Tertia ibi: *Cumque de simplicitate*.
15 Illa uero pars in qua excludit errorem diuiditur in duas: primo ponit
errorem siue falsam positionem; secundo ponit confirmationem
erroris et soluit. Secunda ibi: *Si inquirunt*. Et hec secunda diuiditur in
duas: primo ponit errorem et erroris confirmationem per duas
rationes; secundo per autoritates. Secunda ibi: *Veruntamen nondum*
20 *desistunt*. Quarum prima diuiditur in quatuor: primo ponit rationem
qua probatur quod proprietas non est Persona; secundo inducit
rationem qua probatur quod proprietas non est essentia; tertio
probat quod proprietates non sunt in essentia; quarto excludit

11 Hoc] *scr. cum Lombardo*: Hic π 13 quod¹] *scr.*: quot π

3 Post...dicta] Lomb., 240, 4 | Superius...proprietatibus] cf. Lomb., 80, 26 -
239, 31 8 Predictis...adiiciendum] Lomb., 246, 14 11 Quod enim] Lomb.,
241, 22 | Hoc...negant] Lomb., 242, 7; cf. Gilb. Porr., *Expos. in Boethii De Trin.*,
I, 5 (148, 73-76) 14 Superius quoque] Lomb., 240, 10 | Cumque...simplicitate]
Lomb., 241, 10 17 Si inquirunt] Lomb., 242, 13 19 Veruntamen...desistunt]
Lomb., 244, 22

quandam obiectionem. Secunda ibi: *Set iterum addunt*. Tertia ibi: *Ceterum hereticorum*. Quarta ibi: *Set forte queres*. Hec est diuisio
25
lectionis in generali.

[2] In speciali uero sic procedit MAGISTER. Et querit primo utrum
proprietates sint ipse Persone an utrum sint ipsa diuina essentia.
Postea soluit et ostendit primo quod proprietates sint in ipsis
Personis; proprietates enim ab eterno fuerunt sicut et Persone; ergo
30 fuerunt in Personis. Postea ostendit quod proprietates sint ipse
Persone; proprietates enim sunt in Personis, ut dictum est; set in
Personis nulla est diuersitas; ergo proprietates sunt ipse diuine
Persone. Postea ostendit quod proprietates sunt ipsa diuina
π88vb
35 essentia, quia diuina essentia propter eius simplicitatem est quicquid
habet; set diuina Persona et natura habent proprietates; ergo
proprietates sunt ipsa natura et Persona diuina; quod etiam
confirmat per autoritatem. Postea ponit errorem dicentium quod
licet proprietates sint in Personis, non tamen sunt ipse Persone, set
sunt quasi extrinsecus affixe. Postea secundum hunc errorem inducit
40 duas rationes et soluit. Quarum una est talis: si proprietates sunt
Persone; ergo non distinguunt Personas nec determinant; idem enim
non determinatur nec distinguitur seipso. Respondet autem ad hanc
obiectionem: non est inconueniens Personas distinguere seipsis. Postea
ponit aliam rationem, per quam probat quod proprietates non sunt
45 essentia, que talis est: proprietates sunt diuina essentia; ergo sicut
diuine Persone dicuntur conuenire in essentia, ita dicuntur conuenire

24 *Set...addunt*] Lomb., 242, 18 25 *Ceterum hereticorum*] Lomb., 243, 8
Set...queres] Lomb., 244, 3 27 *Et...essentia*] cf. Lomb., 240, 4-7
29 *Postea...31 Personis*] cf. Lomb., 240, 8-12 31 *Postea...34 Persone*] cf.
Lomb., 240, 13 - 241, 9 34 *Postea...38 autoritatem*] cf. Lomb., 241, 10 - 242, 5
38 *Postea...40 affixe*] cf. Lomb., 242, 7-11 40 *Postea...44 seipsis*] cf. Lomb.,
242, 13-17 44 *Postea...50 intellectum*] cf. Lomb., 242, 18 - 243, 6

in proprietatibus, quod falsum est. Ad hanc rationem respondet
 quod hoc uidetur propter sui altitudinem excedere omnem
 intellectum. Postea ponit aliam rationem, per quam probat quod
 50 proprietates non sunt in diuina essentia, quia illud in quo est
 paternitas est Pater, et in quo est filiatio, illud est Filius; si ergo res
 una habet paternitatem et filiationem, eadem res erit Pater et Filius
 quod est inconueniens. Et respondet ad hanc rationem quia essentia
 55 licet habeat paternitatem et filiationem, non tamen est Pater et Filius
 nec generat nec generatur, quia proprietates non sunt in ea ut
 determinantes et distinguentes eam. Postea excludit quandam
 obiectionem que ex dictis posset oriri; posset enim quis querere
 quomodo proprietates non distinguunt essentiam Personarum in qua
 60 sunt, sicut distinguunt Personas in quibus sunt. Et dicit MAGISTER
 quod hoc exprimere est supra intellectum nostrum. Ultimo ponit
 quasdam auctoritates per quas uidetur probari quod aliud in diuinis sit
 substantia et aliud proprietas. Et respondet quod AUGUSTINUS non
 intendit per illas auctoritates dicere proprietates esse aliquid diuersum
 65 ab essentia, set intendit nominare inter illa diuersitatem rationis. Et
 in hoc terminatur etc.

Questio prima

Vtrum in diuinis essentia et relatio differant aliquo modo realiter

[1] Circa distinctionem istam primo queritur utrum in diuinis essentia
 5 et relatio differant aliquo modo realiter. Et arguitur quod sic, quia illa

50 Postea...57 eam] cf. Lomb., 243, 8-31 57 Postea...61 nostrum] cf. Lomb.,
 244, 3-20 61 Ultimo...65 rationis] cf. Lomb., 244, 22 - 246, 9; Aug., *Enarr. in*
Ps., 68, 3 (905) 2 Vtrum...realiter] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 33, 1, 1 (763-768);
S.th., I, 28, 2

quorum quodlibet est uera res et unum inuenitur in aliquo supposito sine alio differunt aliquo modo realiter; set essentia diuina et quelibet relatio sunt huiusmodi, quia essentia diuina est in quolibet supposito diuino, nulla autem relatio est in quolibet eorum, quia paternitas non est in Filio nec filiatio in Patre nec aliqua earum in Spiritu Sancto; quare etc. Si dicatur quod illa quorum unum inuenitur in aliquo supposito sine alio non oportet quod differant aliquo modo realiter, set sufficit quod non sint idem adequate et conuertibiliter, et sic est de essentia et qualibet relatione, contra: illa que non sunt idem realiter omnibus aliquo modo differunt realiter; set essentia et relatio secundum istam responsionem non sunt idem realiter omnibus modis, quia esse idem adequate et conuertibiliter est quidam modus identitatis realis, qui non est inter essentiam et relationem; ergo ex hoc quod non sunt idem adequate et conuertibiliter sequitur necessario, ut uidetur, quod differant aliquo modo realiter.

[2] Item arguitur ad principale. Secundo sic, per sillogismum expository: hec essentia est paternitas et nullo modo ab ea realiter differens; hec essentia et filiatio et nullo modo ab ea realiter differens; ergo paternitas et filiatio nullo modo ab ea realiter differens; conclusio est falsa, ergo aliqua premissarum, et qua ratione una, et altera; igitur dicere oportet quod quelibet relatio differat aliquo modo realiter ab essentia.

[3] Item Pater et Filius differunt realiter; aut ergo sola realitate essentie aut alia; non sola realitate essentie, quia tunc differrent | diuinitate et sic essent plures dii, quod est hereticum; ergo differunt alia realitate; set illa non est nisi paternitas et filiatio; ergo `paternitas` et `filiatio` dicunt aliam realitatem a realitate essentie et ita differunt

14 qualibet] *scr.*: quælibet π

aliquo modo realiter.

[4] Item id quod secundum se totum est respectus secundum nichil
 35 sui est absolutum; set quelibet relatio realis secundum se totum est
 respectus, ut patet ex eius diffinitione; ergo secundum nichil sui est
 absolutum; ergo non est essentia.

[5] In contrarium arguitur sic: primo, quia illa que de se inuicem
 predicantur in abstracto sunt idem realiter; set essentia et quelibet
 40 relatio sunt huiusmodi, quia hoc est uera "paternitas est essentia" et
 "essentia est paternitas", et idem est de qualibet relatione diuina; ergo
 sunt idem realiter.

[6] Item omnis res uel est diuinitas uel creatura; set relatio diuina
 non est creatura; ergo est diuinitas.

[7] Item si essentia differt realiter a relatione, in diuinis erit
 45 quaternitas rerum, quia omnis res ponit in numerum cum alia re; set
 illud est error condemnatus in Concilio generali Extra de
 summa Trinitate et fide catholica capitulo
 Damnamus; ergo idem quod prius.

[8] Item ubicunque sunt plura realiter differentia in eodem supposito,
 50 ibi est uera compositio; set in diuinis non est compositio aliqua; ergo
 essentia et relatio que concurrunt ad quodlibet suppositum non
 differunt realiter.

[9] Responsio. Circa questionem istam facienda sunt tria per
 55 ordinem, quia primo uidebitur quid sit differre secundum rationem
 et quid sit differre realiter; et secundo ponetur quenam distinctio
 utilis ad propositum declarandum; et tertio respondebitur ad
 principale quesitum.

[10] Quantum ad primum sciendum est quod cum idem et differens

47 illud...49 Damnamus] cf. Greg, *Decret.*, I, 1, 2

diuidant ens, sicut `ens´ dupliciter accipitur, sic `identitas´ et 60
`differentia´; `ens´ autem uno modo accipitur pro omni illo quod
habet esse in re extra circumscrip̄ta omni operatione anime uel
intellectus, et istud uocatur `ens reale´; alio modo accipitur `ens´ pro
eo quod non habet aliquam entitatem nisi per operationem
intellectus, quia sic concipitur, ita quod sic concipi est totum suum 65
esse, sicut genus et species et omnes intentiones logice, et istud est
ens in anima seu ens rationis. Et proportionaliter est quedam
identitas et differentia realis et quedam solum secundum rationem,
quia illa differunt realiter que differunt ex natura rei existentis extra
animam circumscrip̄ta omni operatione intellectus et per oppositum 70
illa que sunt in re extra et predicto modo non differunt, sunt idem
realiter, ratione uero differunt illa que sunt plura entia rationis, sicut
intentio `generis´ uel `speciei´ uel unum et idem re cui competunt
diuerse rationes, sicut eadem res concepta indefinite et concepta
diffinitiuo modo differt a seipsa ratione, et per oppositum illa sunt 75
idem ratione que nec sunt diuerse rationes nec diuersa entia rationis
nec concipiuntur sub diuersis rationibus. Et sic patet primum, scilicet
quid sit differre realiter et quid sit differe secundum rationem.

[11] QUIDAM tamen dicunt quod ad illud quod dictum est de
differentia reali addendum est quod quecunque differunt realiter, 80
unum non est alterum, siue termini differentie se habeant positue ex
una parte et negatiue ex alia, sicut ens et non-ens, uisio et cecitas,
siue se habeant ex utraque parte positue, sicut quantitas et qualitas,
quia non-ens non est realiter ens nec cecitas est realiter uisio nec
quantitas qualitas. 85

60 diuidant ens] *coni.*: diuidentes π 66 genus] *coni.*: genitus π 80 quecunque]
coni.: quicunque π

61 `ens´...65 intellectus] cf. supra, I, 2, 2, [1] (17rb)

[12] Hanc conclusionem probant dupliciter, primo sic: illa que dicuntur differre realiter, aut unum est realiter alterum aut non; si sic, ergo talia in eo quod talia sunt realiter idem; ergo si sint cum hoc diuersa realiter, sequitur quod sunt eadem realiter et diuersa; set idem
 90 et diuersum respectu eiusdem et eodem modo sunt opposita; inerunt ergo opposita eidem, quod est impossibile; si non, habetur propositum, scilicet quod illa que differunt realiter, unum eorum non est realiter alterum. Secundo sic: quia sicut differre ratione se habet ad non esse idem ratione, ita differre realiter ad non esse idem re; uel
 95 sic: sicut differre ratione se habet ad ea que differunt ratione, ita differre realiter ad ea que differunt re; set ea que differunt ratione, unum non est eiusdem rationis cum altero; ergo illa que differunt re, unum
 π89rb | non est idem re cum altero, et per consequens unum non est realiter alterum.

[13] Set istud non uidetur bene dictum, quia uel primum non sufficit sine illo addito uel quamuis primum sufficit, tamen ad ipsum necessario sequitur illud additum. Non potest dici quod primum non sufficit sine quocunque addito, quia omnis differentia que ex natura rei circumscripto omni actu rationis est realis, quia sicut non est
 100 medium inter ens reale et rationis, sic non est medium inter differentiam realem et differentiam rationis, et ideo illa differentia que non est rationis, set est circumscripto omni actu rationis necessario est realis. Cum igitur illa differentia que est ex natura rei circumscripto omni actu rationis sit huiusmodi, patet quod ad
 105 differentiam realem sufficit hoc solum quod sit ex natura rei circumscripto omni actu rationis, nec requiritur aliud additum. Si uero dicatur quod illud additum necessario sequitur ad primum, sicut ISTI uidentur sentire, ut patet ex rationibus EORUM, contra: quia si in ente reali inuenitur talis differentia, quod aliquando in sua reali et singulari
 110

entitate accepta sic se habent quod sint idem realiter, set non
adequate et conuertibiliter, de talibus est uerum quod unum est
alterum, quia sunt idem realiter, et tamen differunt in hoc realiter,
quod non sunt idem adequate et conuertibiliter, cum hec differentia
sit ex parte rei circumscripito omni actu rationis; sic autem est in
diuinis etiam secundum ISTOS; quare etc. 115
120

[14] Ad primam rationem EORUM patet responsio ex iam dictis, quia
esse idem realiter uno modo et differre realiter alio modo non sunt
opposita; et sic est de illis que sunt idem realiter et non adequate,
quia sunt idem realiter inquantum unum predicatur de altero realiter;
set in hoc sunt diuersa realiter, quia unum eorum predicatur realiter
de aliquo de quo alterum non predicatur, sicut magis patebit inferius.
Ad secundam rationem dicendum quod in creaturis non inueniatur
quod illa que differunt ratione sint unum saltem secundum illam
rationem, nec quod illa que differunt realiter sint idem realiter
secundum unam rem singulariter acceptam, et ideo in illis tenet
comparatio quam ILLI faciunt, quia que sunt idem re uel relatione
sunt idem secundum illam rem uel relationem adequate; set in diuinis
inuenitur identitas realis non adequate, et ideo secundum illam est
realis identitas uno modo et aliqua realis differentia alio modo, sicut
prius dictum est. 125
130
135

[15] Quantum ad secundum est quod cum `reale` dicatur a `re`,
gradus est in reali sicut est in re, `res` autem non dicitur uniuoce de
omnibus de quibus dicitur, set equiuoce uel analogice, hoc est
secundum plures rationes quarum una attributionem habet ad
alteram; cum enim rerum quedam sint absolute et quedam sint puri
respectus, `res` dicitur per prius et simpliciter de re absoluta, de qua
140

140 sint²] *coni.*: fiunt π

dicitur formaliter predicatione dicente "hoc est hoc", sicut dicimus
 quod albedo uel quantitas est res et fortiori ratione substantia est res
 uel ens reale, per posterius autem et secundum quid solum dicitur de
 145 respectu, qui non est res uel ens reale, nisi quia est rei tanquam
 modus essendi eius; et idem est de omni modo essendi, puta de
 modo subsistendi per se et de modo essendi in alio et de eo quod est
 tangere et tangi incorporibus, quia nichil talium est secundum se
 entitas, nisi quia formaliter est modus entitatis et totus conceptus
 150 essentialis et formalis talium est esse alterius. Nam quamuis omne
 accidens sit ens, quia entis, ut dicitur IV *Metaphisice*, tamen
 aliter et aliter conuenit hoc absolutis et respectibus, et uniuersaliter
 omnibus modis essendi, quia absoluta sunt entia, quia entis, non
 quidem essentialiter et formaliter, set solum concomitatiue, quia non
 155 essent naturaliter nisi essent in alio, scilicet in substantia, tamen sua
 quidditas non est esse in alio; imo preter hoc habent suam formalem
 entitatem et quidditatem, sicut quantitas in sacramento altaris habet
 suam formam, entitatem et quidditatem absque hoc quod sit in alio
 uel sit alterius ut subiecti, et idem est de albedine et huiusmodi.
 160 Respectus autem et uniuersaliter omnes modi essendi sunt entia, quia
 entis, non solum concomitatiue, set quidditatiue et formaliter, quia
 nullam entitatem habent nisi hanc que est esse huius; uerbi gratia
 albedo que est esse huius ut subiecti, puta cygni, est aliquid
 essentialiter preter esse huius, quia esse huius non est eius essentia,
 165 set modus essendi, set iste modus essendi, qui est esse huius, non est
 quidditatiue et formaliter aliqua natura uel entitas nisi esse huius, et
 π89va totus conceptus | eius quidditatiuus et formalis est concipi, non ut

154 concomitatiue] aliàs denominatiue *i.m. add. π*

150 omne...entis] cf. Arist., *Metaph.*, IV, 4, 1007a31-35

hoc uel quid, set huius uel eius, et qui aliter concipit non concipit modum essendi, set rem cuius est modus denominatiue; uerbi gratia componi et tangi sunt modi essendi reales rerum componentium et tangentium importantes solam realem habitudinem talium; partes ergo compositi, scilicet materia et forma uel etiam subiectum et accidens, sunt res quarum sunt ille habitudines seu modi essendi qui importantur per componi uel per compositionem, qui modi sunt in alio, et in quo aliud, et eis denominatiue conueniunt; forma enim dicitur esse in materia et materia in qua est forma, et utrumque est uerum denominatiue et non essentialiter, quia essentia partium compositi non est sic esse, set essentia uel quidditas seu entitas horum modorum tota consistit in hoc quod est esse huius, quia compositio non est aliud quam formam inesse materie et materiam subesse forma; propter quod exclusa materia et forma, quorum neutrum nec utrumque est formaliter et quidditatiue compositio, compositio non est aliud quam esse huius, et idem est de tactu respectu tangentium, et ideo impossibile est concipere compositionem uel tactum ut quandam rem uel entitatem secundum se essentialiter et formaliter, nisi huius ad hoc, puta materie ad formam quo ad compositionem uel corporis ad corpus quo ad contactum, et idem est de omni modo essendi.

[16] Ex hoc sequuntur duo: unum est quod nulli modo essendi competit per se esse subsistens uel esse alteri inherens, quia omne tale est res habens modum essendi competentem ei denominatiue; set nichil quod sit purus modus essendi habet modum essendi competentem ei denominatiue, quia tunc unius modi esset alius modus, et sic in infinitum; ergo nichil quod sit purus modus essendi est per se subsistens uel inherens, set essentialiter ipse modus essendi per se uel inherendi aliorum quibus hec

denominatiue competunt.

[17] Secundum est quia nullus modus essendi facit compositionem cum re cui conuenit denominatiue; unde compositio que includit
 200 duos modos essendi, scilicet modum essendi ut in alio et modum
 essendi ut in quo aliud, quorum primus denominatiue competit
 forme et secundus materie, non facit cum aliqua dictarum partium
 compositionem, quamuis differat aliquo modo realiter ab utraque;
 quinimo tota compositio est illarum rerum quibus huiusmodi
 205 conueniunt denominatiue, scilicet materie et forme. Cuius ratio est
 quia omnis talis compositio est per se hoc quod una res inheret
 alteri; modus autem essendi nec per se subsistit nec inheret, ut
 statim probatum est; quare etc.

[18] Hoc etiam patet ex alio, quia si humanitas Christi dimitteretur
 210 a diuino supposito et per se subsisteret, ipsa quidem haberet alium
 modum reale essendi quam prius, set non aliam compositionem.
 Clarissimum etiam est in tactu, quia nullum tangentium est
 secundum se compositius quam si non tangeret aliud, et tamen
 tangere uel tangi est realis modus essendi differens aliquo modo
 215 realiter ab utroque tangentium, cum illa possint manere soluto
 tactu.

[19] Ex hiis ergo patet quod `res` et `ens` dicuntur per prius et
 simpliciter de essentiis et naturis, que sunt secundum se quedam
 entia uel quedam res formaliter, et non quia sunt rei uel entis nisi in
 220 quibusdam, et tunc denominatiue et non essentialiter. De modis
 autem essendi, cuiusmodi sunt respectus et alii modi, si qui sint,
 dicuntur `ens` et `res` per posterius et secundum quid, quia non

199 compositio...203 compositionem] Sup. d. 30. q. 2 Istud probatur *i.m. add. π*

199 compositio...203 compositionem] cf. supra, I, 30, 2, [14]-[15] (84va-b)

sunt res uel entia nisi quia sunt entis et rei non solum denominatiue
seu concomitatiue, set essentialiter, quia esse eorum est habitudo
aliorum.

225

[20] Verumtamen contra ista instatur dupliciter. Primo contra illud
quod dictum est quod nec respectus nec aliquis modus essendi habet
aliquam entitatem nisi hanc que est esse huius uel illius, quia illud
quod est solum huius uel illius et non hoc uel illud cum nullo
construitur in recto, set in obliquo; set <de> respectu est uerum
dicere quod sit respectus et de modo est uerum dicere quod est
modus; ergo tota entitas istorum non est esse huius. Secundo
instatur contra illud quod dictum est quod nulli modo essendi
competit quod sit per se subsistens uel alteri inherens, quia omne
quod est uel innititur alteri uel non innititur; set quod non innititur
alteri subsistit per se, quod autem innititur alteri ei inheret; ergo
omne quod est oportet quod sit per se subsistens uel | alteri
inherens, cuius oppositum dictum est de modis essendi.

230

235

π89vb

[21] Ad primum ISTORUM dicendum est per interemptionem maioris,
quia constructio uel predicatio in recto non arguit aliquam entitatem;
alioquin non esset uerum dicere "cecitas est priuatio", uel quod in
oculo sit cecitas, quia cecitas et priuatio et uniuersaliter omnis
negatio non sunt entitates secundum se. Et consimiliter potest dici
quod respectus est modus essendi, quamuis non sit aliqua realitas nisi
qui est essentialiter alterius, et non solum concomitatiue modo prius
exposito. Oportet enim de entibus et non-entibus, de absolutis et
respectibus loqui in omni casu, et qui uellet uariare naturas rerum
secundum casus grammaticales multum erraret.

240

245

[22] Ad secundum dicendum quod non omne quod innititur alteri
 250 est inherens; omnis enim res innititur sue cause conseruanti, quia
 desineret esse subtracta influentia sue cause conseruantis, et tamen
 non omnis res habens causam conseruantem est inherens, imo multe
 sunt per se subsistentes. Alio modo innititur una res alteri ut suo
 255 subiecto et sic omne accidens absolutum innititur alteri et omne tale
 inheret et solum tale; alio modo innititur aliquid alteri sicut suo
 fundamento, sicut omnes modi essendi, et tale non inheret, quia
 260 modus essendi per se innititur suo fundamento sicut modus essendi
 ad aliud uel in alio, et tamen non inheret, quia per modum essendi
 inherentem res non diceretur formaliter per se subsistens, et idem est
 de aliis modis. Et causa dicta fuit prius, quia omnis res per <se>
 265 subsistens uel inherens est res habens modum essendi et non est
 modus essendi solum.

[23] Quantum ad tertium, quod est principale quesitum, dicenda sunt
 tria: primum est quod differentia essentie et relationis in diuinis non
 265 est pure et precise secundum rationem; secundum est quod non est
 dicendum simpliciter et absolute quod differant realiter; tertium est
 quod necessarium est dicere quod differant aliquo modo realiter,
 saltem secundum quid et cum determinatione. Primum patet sic:
 differentia que est ex natura rei circumscrip̄ta omni operatione
 270 intellectus non est pure et precise secundum rationem; set differentia
 essentie et relationis est ex natura rei circumscrip̄ta omni operatione
 intellectus; ergo talis differentia non est pure et precise secundum
 rationem. Maior patet ex dictis de differentia reali et secundum
 rationem. Minor probatur, quia circumscrip̄ta omni operatione
 275 intellectus nostri adhuc in diuinis est talis differentia ex natura rei

260 se] *suppl.*: om π

inter essentiam et relationem, quia essentia diuina est in aliquo
 supposito formaliter, in quo non est quelibet relatio formaliter, uerbi
 gratia in Patre est essentia diuina formaliter, in quo tamen non est
 filiatio eodem modo realiter (alioquin sicut Pater formaliter est Deus
 per diuinam essentiam existentem in eo, sic Pater esset formaliter
 Filius per filiationem formaliter existentem in eo et sic periret
 personalis distinctio inter Patrem et Filium, quod est heresis
 Sabelliana); et idem potest deduci de utraque proprietate que non est
 in Spiritu Sancto, sicut essentia. Et sic patet minor. Sequitur ergo
 conclusio, scilicet quod essentia et relatio in diuinis non differunt
 pure et precise secundum rationem. 280

[24] Secundum sic patet: quecumque differunt realiter simpliciter et
 absolute sunt diuerse res quarum una nullo modo est altera; set
 essentia et relatio diuina non sunt tales due res quarum una nullo
 modo sit altera; ergo non differunt realiter, simpliciter et absolute. 290
 Maior patet, quia cum identitas et diuersitas opponantur, illa que
 sunt simpliciter et omnino diuersa seu differentia realiter non sunt
 aliquo modo idem realiter. Minor similiter patet secundum illud
 commune dictum quo dicitur quod essentia et relatio sunt idem
 realiter quamuis non adequate et conuertibiliter. Et sic patet
 secundum. 295

[25] Tertium autem necessario concluditur ex predictis duobus sic:
 omnis differentia que non est pure et precise secundum rationem, set
 est ex natura rei excluso omni actu rationis est aliquo modo realis; set
 differentia essentie et relationis in diuinis non est pure et precise
 secundum rationem, set est ex natura rei excluso omni actu rationis;
 ergo talis differentia est aliquo modo realis. Vtraque premissarum 300

294 essentia...realiter] cf. Thom., *S.th.*, I, 28, 2, resp.

π90ra patet ex precedentibus. Vterius cum differentia talis non sit |
 dicenda realis simpliciter et absolute, ut supra probatum fuit, sequitur
 305 necessario quod sit dicenda realis secundum quid et cum
 determinatione. Illa autem determinatio diuersimode ponitur a
 diuersis.

[26] QUIDAM enim dicunt quod essentia et relatio differunt, quia
 non sunt idem adequate et conuertibiliter; nam paternitas est
 310 essentia et nichil aliud, set essentia diuina est paternitas et aliqua res
 que non est paternitas, quia est filiatio, que non est paternitas, et sic
 essentia est in plus quam paternitas, et idem de essentia respectu
 filiationis et cuiuscunque alterius relationis.

[27] ALII dicunt quod essentia et relatio differunt sicut res et
 315 modus habendi rem illam, cuius modi essendi uel habendi entitas et
 conceptus quidditatus non est quod sit res alia ab essentia neque
 subsistens neque inherens, set quod sit huius, et differt hic modus
 ab essentia ex natura rei, non solum quod essentia est in aliquo
 320 supposito in quo non est quilibet modus habendi eam, set etiam
 quia formaliter loquendo non ita proprie dicitur quod paternitas sit
 essentia uel econuerso, sicut si diceretur quod paternitas est modus
 essendi uel habendi essentiam diuinam ut a quo est alius per
 generationem. Et hoc uidetur dicere DAMASCENUS libro I capitulo
 9°, ubi dicit sic: *Omnia quecumque habet Pater Filii sunt preter*
 325 *ingenerationem, que non significat substantie differentiam neque dignitatem, set*
modum existentie; et capitulo 13° dicit clarius sic: *Ingenitum et genitum et*
processibile non substantie sunt significatiua, set eius que adinuicem est

303 Vterius] scr.: Vterius π 318 quod] *an scrib.* quia? 324 9°] *an scrib.* 8°?
 325 ingenerationem] *scr. cum Damasceno:* generationem π 326 13°] *an scrib.* 10°?

324 Omnia...326 existentie] Ioh. Damasc., *De fide orthod.*, 8 (35, 134-136)

326 Ingenitum...328 modi] Ioh. Damasc., *De fide orthod.*, 10 (51, 6-8)

habitudinis et existentie modi; et AUGUSTINUS VII De Trinitate reputat *absurdum* dicere in Deo quod *substantia* sit relatio, ut infra dicitur; quare relatio proprie est modus habendi essentiam.

330

[28] ALII dicunt quod relatio et essentia differunt formaliter ex natura rei, quamuis sint idem identice. Vnde concedunt quod hec est uera "paternitas est essentia identice", set hec est falsa "paternitas est essentia formaliter", quia differunt formaliter ex natura rei et hanc formalitatem non intelligo nisi coincidat cum altero dictorum modorum uel includat utrumque. Quod uerius credo, quia in hoc quod dicunt quod essentia et relatio sunt idem identice et quod unum uerificatur realiter de alio, includunt primum modum quo ALII dicunt quod sunt idem realiter; in hoc autem quod dicunt quod non sunt idem formaliter, set differunt formaliter ex natura rei, includunt illud quod PRIMI dicunt quod non sunt idem adequate, et illud quod dicunt SECUNDI, scilicet quod differunt sicut res et modus habendi rem.

335

340

[29] Ad cuius declarationem est aduertendum quod illa inadequatio que est inter paternitatem et essentiam non est sicut inadequatio que est uel esset inter Sortem et hominem, dato quod homo esset aliquid singulare, sicut Sortes, in plus se habens quam Sortes, quemadmodum dicimus in diuinis de essentia et paternitate, quia inadequatio que esset inter hominem et Sortem stante predicta hypothese non faceret differentiam formalem, de qua loquimur, quia Sortes continetur per se sub homine et formalitas eius sub formalitate hominis, et ob hoc Sortes esset formaliter homo et per

345

350

333 est²] *coni.*: & π 335 coincidat] *coni.*: concidat π

329 absurdum...relatio] cf. Aug, *De Trin.*, VII, 4, 9 (260, 148-149) 331 Alii] cf. Scot., *Ord.*, I, 26, 1 (9, 19 - 10, 14)

idem esset formaliter Sortes et formaliter homo. Set in proposito de
 essentia diuina et paternitate non est sic, quia dato quod paternitas sit
 355 in minus quam essentia, tamen non continetur sic per se sub
 essentia, sicut Sortes sub homine sumpto uniuersaliter uel
 singulariter secundum supra dictam hypothesim, quia conceptus
 unius, puta relationis, non includitur in conceptu alterius, puta
 essentie, uel econuerso, sicut conceptus hominis includitur in
 360 conceptu Sortis, set sunt conceptus formaliter separati et hoc
 prouenit ex natura rei secundum se et non per solam negotiationem
 nostri intellectus, quia Pater est formaliter Pater per paternitatem et
 non per essentiam; alioquin non distingueretur formaliter a Filio, et
 per paternitatem refertur realiter ad Filium et non per essentiam, et
 365 totum hoc est ex natura rei. Propter quod licet paternitas sit in minus
 quam essentia, quia est specialis modus habendi essentiam, uidelicet
 ut a quo est alius per generationem, tamen non sic continetur per se
 sub essentia sicut Sortes sub homine, ita ut sit eadem formalitas
 utriusque etiam ex natura rei, set alia et alia et ideo hec non est
 π90rb concedenda "paternitas est formaliter essentia" | uel econuerso, sicut
 conceditur quod Sortes est formaliter homo. Et causa est quia
 paternitas ut paternitas et ut relatiue opposita filiationi, in quo etiam
 differt ex natura rei ab essentia, que eidem filiationi relatiue non
 opponitur, est mere relatio siue relatiuus modus essendi, essentia
 375 autem quid mere absolutum, et ideo formalitas paternitatis, ut
 paternitas est, non est formalitas essentie, ut essentia est, nec sub
 esse continetur, ut inferius sub suo per se superiori, set sunt
 formalitates ex natura rei differentes sicut absolutum a relatione et
 econuerso. Quocunque autem predictorum modorum dicatur quod

360 separati] scr.: separari π

essentia et relatio diuina differunt, siue quia non sunt idem adequate, 380
 siue quia differunt ut res et modus habendi rem, siue quia differunt
 formaliter, semper sequitur necessario quod differunt aliquo modo
 realiter, cum quelibet predictarum differentiarum sit ex natura rei
 circumscripito omni actu rationis et intellectus, quamuis non sit
 simpliciter et absolute dicendum quod differant realiter propter 385
 causam prius assignatam.

[30] Ad rationes utriusque partis respondendum est, prout possibile
 est in materia tangente fidem, que non potest ad plenum nota esse
 uiatori. Cum enim primo dicitur quod illa quorum unum inuenitur in
 aliquo supposito sine alio differunt aliquo modo realiter, dicendum 390
 est quod istud argumentum non probat quod talia differant realiter,
 simpliciter et absolute, set solum secundum quid et cum
 determinatione, aut quia non sunt idem adequate et conuertibiliter,
 ut ibidem respondetur, aut quia differunt sicut res, modus et
 <natura> rei, aut quia differunt formaliter ex natura rei. Obiectio 395
 autem que subiungitur nichil aliud concludit quam illud quod
 concessum est.

[31] Ad secundum dicendum est quod quelibet premissarum illius
 sillogismi expositorii neganda est pro quanto dicit quod essentia
 nullo modo est realiter differens a paternitate et filiatione, quia 400
 saltem differunt secundum quid et cum determinatione, que est
 secundum alterum trium predictorum modorum. Si autem argueretur
 sine alio addito sic: "hec essentia est paternitas; hec essentia est
 filiatio; ergo filiatio est paternitas", dicendum esset aliter: uno modo
 quod argumentum non concludit, quia essentia diuina licet sit 405
 quedam simplex natura, est tamen propter suam infinitatem

387 partis] *scr.*: patris π 395 natura¹] *suppl.*: om. π | Obiectio] *scr.*: Obiecto π
 405 concludit] *coni.*: includit π

communis communitate reali pluribus inter se differentibus, scilicet
 cuilibet relationi diuine, propter quod sicut in creaturis, si in subiecto
 poneretur terminus communis respectu suorum singularium, non
 410 teneret consequentia, ut dicendo "homo est Sortes; homo est Plato;
 ergo est Sortes", sic in proposito propter communitatem realem
 essentie ad relationes non tenet consequentia, et hoc est singulare in
 diuinis propter infinitatem essentie diuine. Vel posset dici aliter quod
 non proprie dicitur "essentia est paternitas" uel econuerso
 415 proprietate formali, quia non sunt idem formaliter, set paternitas est
 modus essendi uel habendi essentiam, quia quidditas, et conceptus
 `paternitatis`, ut paternitas est, non est esse hoc set huius.

[32] Ad tertium dicendum quod non concludit plus nisi quod
 `paternitas` et `filiatio` dicunt realitatem aliquo modo differentem ab
 420 essentia quod potest intelligi, aut quia non sunt idem adequate et
 conuertibiliter, aut quia differunt ex natura rei, sicut res et modus,
 aut quia non sunt idem formaliter.

[33] Ad quartum dicendum quod maior propositio habet ueritatem
 in creaturis, in quibus propter earum limitationem res unius
 425 predicamenti non continet rem alterius; set in diuinis essentia uel
 substantia propter suam illimitationem continet omnem rem que in
 diuinis reperiri potest. Vel aliter potest dici quod relatio, cum sit
 quidditatiue et formaliter respectus, non est quidditatiue et formaliter
 essentia, quamuis non sit alia res, neque subsistens neque inherens,
 430 set solus modus essendi uel habendi essentiam, que non est
 formaliter hoc uel illud, set huius uel illius. Exemplum potest poni de
 pomo quod si quis haberet ex se et pomum idem daret alteri, habere
 ex se et habere ex alio non sunt alia res a pomo habito, neque

412 singulare] *an scrib. singulariter?*

subsistens, neque inherens, nec tamen proprie diceretur quod modus
 habendi pomum ex se uel ab alio sit ipsum pomum, set est modus 435
 habendi pomum. Et similiter relatio que est modus habendi
 essentiam diuinam (et pluries dictum est) non est proprie | essentia 435va
 et formaliter, quamuis non sit alia res ab ea, neque subsistens, neque
 inherens, quia entitas eius uel quidditas non est esse hoc uel illud, set
 esse huius uel illius seu ad hoc uel ad illud seu quomodolibet aliter; 440
 nam diffinitio eius que indicat quidditatem est `ad aliud se habere`.
 [34] Ad rationes alterius partis similiter respondendum est. Ad
 primam, cum dicitur quod illa que predicantur de seinuicem in
 abstracto sunt idem realiter, potest responderi ad hoc quod talia sunt
 penitus idem realiter, si predicantur de seinuicem et de aliis adequate 445
 <et> conuertibiliter; si autem non est sic, set de aliquo reali
 predicatur unum de quo non predicatur aliud, tunc unum eorum
 differt ab altero realiter hoc modo, scilicet quod non sunt idem
 adequate et conuertibiliter, et sic est de essentia et paternitate, quia
 essentia equaliter predicatur de paternitate et filiatione, et tamen 450
 unum eorum non predicatur de altero, et sic non excluditur
 omnimoda realis differentia inter essentiam et relationem. Ad
 minorem propositionem dicunt ILLI qui tenent tertium modum prius
 tactum quod licet paternitas sit essentia identice, non tamen
 formaliter et ideo formaliter differt ab ea et ex natura rei. Et idem 455
 intelligunt ILLI qui ponunt secundum modum, scilicet quod relatio
 non est formaliter et proprie essentia, set modus habendi eam,
 quamuis non sit alia res, neque subsistens neque inherens, quod
 uidetur insinuare beatus AUGUSTINUS VII De Trinitate capitulo 1^o,

442 partis] *scr.*: patris π 446 et] *suppl.*: *om.* π

460 ubi dicit quod *omnis res que relative dicitur est aliquid excepto relatio* seu
 relatione, et ex hoc concludit quod in Patre preter paternitatem est
 aliquid, scilicet essentia. Item eodem VII capitulo 4° dicit quod non
 est idem Deum esse et Patrem esse, constat autem quod Deus
 deitate est Deus et paternitate Pater, ergo secundum eum paternitas
 465 et deitas non sunt idem penitus. Ibidem habet AUGUSTINUS pro
 inconuenienti, ut dictum fuit, quod substantia sit relatio, et tamen
 necessario sequitur "essentia est paternitas et paternitas est relatio;
 ergo essentia est relatio". Et sic AUGUSTINUS uidetur non admittere
 hanc predicationem "paternitas est essentia" uel econuerso et uidetur
 470 se fundare in hoc quod paternitas non est hoc uel illud, set huius uel
 illius; unde quod aliquid dicitur `pater`, dicitur <non> hoc uel illud,
 set huius uel illius; `pater` enim dicitur pater filii et nichil plus ratione
 paternitatis.

[35] Ad secundam rationem dicendum est: quod omnis res uel est
 475 deitas uel creatura, potest dici primo quod concessa tota ratione,
 scilicet quod paternitas sit diuina essentia, adhuc non sequitur quin
 differant aliquo modo realiter, quia licet unum sit idem quod aliud,
 non tamen adequate et conuertibiliter. Secundo potest dici quod sub
 hac distributione qua dicitur omnis res non cadit paternitas ut relatio,
 480 que ut sic non est res, set rei, et tota sua quidditas est ut huius uel
 cuius, et non ut hoc uel ut quid. Vnde AUGUSTINUS in Ser mone
 de Trinitate dicit quod Pater est id quod Filius, non tamen
 Filius, ecce quod sub `id` et `quod` non comprehenditur `paternitas`
 et `filiatio`, et eodem modo in proposito, et sicut sub `id` et `quod`

465 Ibidem] *coni.*: Item idem π 471 non] *suppl.*: *om. \pi*

460 omnis...462 essentia] cf. Aug, *De Trin.*, VII, 1, 2 (247, 106 - 248, 117)

462 non...esse²] cf. Aug, *De Trin.*, VII, 4, 9 (260, 141-142)

465 habet...relatio] cf. Aug, *De Trin.*, VII, 4, 9 (260, 148-149)

et sub re simpliciter non cadit relatio, ita nec sub oppositis, nec
 dicatur aliud uel alia res. Patet ergo quod sumere unum sub alio est
 fallacia figure distinctionis mutando `quod` in `cuius` uel `hoc` in
 `huius` et `rem` in `modum rei`; ueruntamen quantum ad esse
 creatum uel increatum iudicandum est de modo rei secundum rem
 cuius est modus; essentia enim diuina cum omni suo modo uel
 relatione est increata et omnis creatura cum omni modo suo est
 creata.

[36] Ad tertiam rationem dicendum est quod in illa Decretali
 Damnamus reprobatur et condemnatur opinio IOACHIM quantum ad
 duo. Quorum unum ipse ponebat et aliud imponebat MAGISTRO
 Sententiarum; IOACHIM enim sicut uerissimus Arianus ponebat quod
 Pater et Filius et Spiritus Sanctus non sunt unum in essentia et natura
 nisi collectivæ, sicut multi homines sunt unus populus uel multi
 fideles sunt una ecclesia, quod nitebatur probare per multas
 auctoritates Sacre Scripture, ut patet clare intuenti textum illius
 Decretalis. Item imponebat MAGISTRO Sententiarum quod ipse
 ponebat quaternitatem, quia dicebat Patrem generantem et Filium
 genitum et Spiritum Sanctum procedentem. Et cum hoc dicebat
 essentiam diuinam esse *quandam summam rem non generantem nec genitam
 nec procedentem*, et | ita ut recitat Decretalis, dicebat quod
 MAGISTER PETRUS *non tam Trinitatem quam quaternitatem astruebat in
 Deo, uidelicet tres Personas, et illam commune essentiam quasi quartam*. Hec
 sunt uerba Decretalis. Condemnatur autem ibidem dictum eius
 quantum ad utrumque predictorum, uidelicet quantum ad id quod
 ponebat Personas diuinas differre essentialiter, et in nulla essentia

506 Petrus] *coni.*: Papæ π

494 Damnamus] cf. Greg., *Decret.*, I, 1, 2 504 quandam...507 quartam] cf.
 Greg., *Decret.*, I, 1, 2

secundum numerum conuenire, et quantum ad hoc quod dicebat
 MAGISTRUM PETRUM posuisse quaternitatem et non solum
 Trinitatem, excusando MAGISTRUM PETRUM quod non posuit nisi
 Trinitatem Personarum, scilicet Patrem, Filium et Spiritum Sanctum,
 515 quarum quelibet per se et omnes simul sunt illa summa res et
 econuerso. Ex quo patet quod ibi non negatur quelibet quaternitas,
 cum omnes DOCTORES catholici ponant quaternitatem relationum
 realium in diuinis, set solum negatur talis quaternitas qualem
 imponebat IOACHIM MAGISTRO Sententiarum, et illa erat quaternitas
 520 Personarum, quia nec aliam intelligebat nec intelligere poterat
 secundum principia que tenebat. Et hic est clarus sensus
 Decretalis, qui in nullo tangit questionem propositam, cum in ea
 nichil penitus dicatur de differentia essentie et relationis, de qua
 quesitum est, set solum ibi agitur de numero Personarum et
 525 consubstantialitatem earum. Item si condemnaretur quaternitas
 rerum, quod tamen nusquam legitur, non condemnaretur nisi quod
 tres Persone et essentia sunt quatuor res, quia de hoc solum agitur
 ibi, et hoc non esset contra concessa, quia non ponitur quod essentia
 ponat in numerum rerum cum Personis ita quod sit quarta res;
 530 essentia enim, cum includatur intrinsece in qualibet Persona, non
 ponit in numerum cum aliqua earum; alioquin idem numero
 numeraretur bis, scilicet secundum se et ut in alio, quod est
 inconueniens, et ideo tres Persone et una essentia non sunt quatuor
 res. Ad quem sensum potest ad plus extendi Decretalis illa. Et si
 535 dicatur quod essentia non posset predicari de Persona, si relatio
 differret quoquo modo ab essentia, quia Persona includit relationem
 quam includit essentia, dicendum est quod imo: quia enim relatio

535 predicari] *sc.*: praedicare π

quam includit Persona non sit aliud quam realis modus habendi
essentiam, non impedit predicationem unius de altero; nam sicut
uerum est dicere quod essentia habita sub tali modo est essentia et
econuerso essentia est essentia sub tali modo habita, ita uerum est
dicere quod essentia est Persona et Persona est essentia. 540

[37] Ad quartam rationem dicendum est quod pluralitas illorum
quorum quodlibet est res proprie et simpliciter facit
compositionem; set illud quod est modus essendi solum cum nullo
facit compositionem nec tollit simplicitatem, ut prius declaratum
fuit, quamuis non sit idem conuertibiliter uel quidditatiue et
formaliter cum re cuius est modus, et sic est de essentia que est
uerissime res et de relatione que est modus habendi essentiam. Et
quod ita sit, patet speciali ratione, quia nullus fidelis dubitat quin
paternitas et filiatio et processio in diuinis differant realiter; et
tamen non solum in eodem supposito non est compositio, set
totaliter a Deo et a diuinis secundum totum suum ambitum tollitur
compositio; ergo non omnis realis differentia semper facit
compositionem. Et si dicatur quod non omnis realis differentia
facit compositionem, set tantum illa que est plurium in eodem
supposito, quod non est in diuinis, contra: pluralitas realis non facit
compositionem in aliquo supposito, nisi quia talis pluralitas est in
una substantia; set in diuinis non est nisi unica subsistentia; ergo
qua ratione realis pluralitas faceret compositionem in eodem
supposito, eadem ratione faceret in diuinis secundum totum
ambitum diuinorum. Maior patet, quia omnis compositio est
duorum uel plurium, quorum unum est per se subsistens et omnia
alia sunt ei inherentia ita quod in omni compositione de qua
loquimur est dare unum per se subsistens respectu cuius alia que
inherent faciunt compositionem cum eo et inter se. Minor probatur 545
550
555
560
565

Trinitate illud quod IPSE et alii SANCTI dicunt ait: In quo ad
 semetipsum dicitur Deus et non ad alterum, *hoc est quod habet*, sicut ad
 semetipsum dicitur *uerus* habendo uitam et eadem uita ipse est. Illa
 autem sunt absoluta in quibus ad semetipsum dicitur Deus et non ad
 alterum, et hec expositio non solum habetur expresse ex dicto iam
 allegato, set etiam concordat hiis que dicta sunt prius, uidelicet quod
 relatio, ut relatio est, non est quod habetur uel quod inheret, quia
 non est quod set cuius. Vnde Pater in quantum Pater non est quod
 nec qualis nec quantus, set cuius; Pater enim in quantum Pater non
 est nisi Filii, quia non est Pater nisi Filii, et ideo predictae autoritates
 non intelliguntur de relationibus. Et si dicte autoritates intelliguntur
 de relationibus, nichilominus non sunt contra predeterminedata, quia
 dato quod essentia sit idem quod relatio ab eis habita, non tamen
 sunt idem adequate et conuertibiliter, aut si sunt idem identice, non
 tamen idem sunt formaliter, quia differunt sicut res et modus
 habendi rem, prout in precedentibus extitit declaratum. Et cum hec
 differentia sit ex natura rei circumscripto omni actu rationis, necesse
 est dicere quod sit aliquo modo realiter. Et qui negant hoc uidentur
 clare incidere in heresim Sabellianam, quia impossibile est saluare
 quod paternitas et filiatio differant realiter inter se et non differant ab
 essentia ex natura rei et sic realiter. In hoc modo essentia est
 formaliter in qualibet Persona, per quam quelibet est Deus
 formaliter; et paternitas uel filiatio non est in qualibet Persona
 formaliter; alioquin quelibet Persona esset formaliter Pater et Filius,
 et sic periret distinctio Personarum sicut posuit SABELLIUS.

592 uerus] *coni.*: unius π

590 In...592 est] cf. Aug., *De Trin.*, I, 12, 26 (66, 111-117)

Questio secunda

Vtrum proprietates relatiue sint in essentia et in Personis

[1] Secundo queritur utrum proprietates relatiue sint in essentia et in
 5 Personis. Et uidetur quod non, quia omne quod est in aliquo est in
 eo secundum aliquem modum essendi in se; set nullus illorum
 modorum `essendi in` quibus determinatur a PHILOSOPHO IV
 Phisicorum potest assignari uel conuenire modo quo proprietates
 dicuntur in essentia uel in Personis; ergo etc.

10 [2] Item omne illud in quo est relatio refertur; set essentia diuina non
 refertur; ergo ad minus in essentia non est relatio.

[3] Set contra. Quod enim in Personis sint relationes, patet per
 auctoritatem GREGORII, qui dicit quod *in Personis proprietas et in essentia*
unitas. Quod autem sint in essentia, probatur, quia in diuinis non sunt
 15 nisi duo predicamenta, scilicet substantia et relatio; cum ergo hec
 non sint seorsum, oportet quod uel substantia sit in relatione, quod
 est absurdum dicere, uel quod relatio sit in substantia uel in essentia.

[4] Responsio. Videnda sunt tria: primum est quod proprietates sunt
 tam in essentia quam in Personis; secundum per quem modum sunt
 20 in eis; tertium erit in quo sint per prius, utrum in essentia an in
 Personis uel econuerso.

[5] Quantum ad primum sciendum est quod relationes sunt in
 Personis et in essentia. De personis patet | dupliciter, primo sic:
 π91rb nichil constituitur formaliter nisi per aliquid in eo existens; set

2 Vtrum...Personis] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 33, 1, 3 (771-773)
 6 illorum...determinatur] cf. Arist., *Phys.*, IV, 3, 210a14-b31 13 in¹...unitas]
Corpus Praefat., 879 (271, 6); cf. Abaelard., *Theol. Summi Boni*, II, 104 (151,
 978-979)

Persone constituuntur formaliter per relationes diuinas, ut probatem
 fuit supra; ergo relationes sunt in Personis. Secundo sic: nichil
 refertur realiter nisi per id quod est in ipso; quod enim refertur
 solum per id quod est in altero refertur tantum secundum rationem,
 ut patet de scibili; set Persone diuine referuntur realiter; ergo in ipsis
 sunt reales relationes, et hec ratio probat generaliter de omnibus
 relationibus, set prima tantum de personalibus. Quod autem sint in
 essentia, patet: omnis relatio est in supposito relato mediante aliquo
 absoluto, quod est fundamentum relationis; omnis enim modus
 essendi, siue in se siue in alio siue ad aliud, requirit naturam
 absolutum in qua fundatur et mediante qua conueniat cuicunque
 conuenit; set in supposito diuino nichil est absolutum nisi essentia;
 ergo relatio est in supposito diuino mediante essentia. Si sic, ergo est
 in essentia, quia eius est fundamentum.

[6] Quantum ad secundum, scilicet ad quem modum essendi
 reducat, sciendum secundum HILARIUM quod *comparatio terrenorum*
ad diuina nulla est. Vnde proprie loquendo modus quo relationes sunt
 in Personis uel in essentia non est aliquis illorum qui enumerantur a
 PHILOSOPHO IV PHISICORUM, reduci tamen potest secundum
 aliquam similitudinem sic: modus enim quo relatio est in essentia
 reduci potest ad illum modum quo sanitas est in calidis et frigidis (est
 enim in eis sicut in fundamento; dicit enim commensurationem
 eorum debitam); set in animali est sicut in subiecto; potest et reduci
 ad illum modum quo forma est in materia quantum ad aliquid,
 quia quodocumque aliquid est constitutum ex pluribus, oportet quod
 unum eorum se habeat aliquo modo ad alterum sicut forma ad

29 scibili] *scr.*: scribili π

40 comparatio...est] cf. Hilar., *De Trin.*, I, 19 (19, 3-4)

materiam; set Persona constituitur ex essentia et relatione; et ideo secundum nostrum modum intelligendi relatio se habet ad essentiam aliquo modo sicut forma ad materiam; multum tamen est hic de dissimilitudine.

55 [7] De modo autem quo relatio est in Persona sciendum quod quedam sunt relationes personales, sicut paternitas, filiatio et spiratio passiva seu processio, et hee sunt in Personis sicut rationale in homine et omnino differentia specifica in specie quam constituit (iste enim formaliter constituunt Personas et distinguunt); alie sunt
60 proprietates relative, set non personales, ut spiratio communis et innascibilitas, et hee sunt in Personis modo quo accidens dicitur esse in supposito, eo quod tales intelliguntur aduenire suppositis iam constitutis, et in hoc habent aliquem modum accidentis quod aduenit rei post suum completum esse.

65 [8] Quantum ad tertium sciendum quod relationes non sunt per prius in essentia quam in diuinis Personis, neque secundum rem neque secundum rationem; non secundum rem, quia sic in diuinis nichil est prius aut posterius, neque secundum rationem uel secundum modum intelligendi, quia impossibile est principia intrinseca alicuius rei
70 preintelligere ut unita ante constitutum ex talibus principiis, nec econuerso, quia `constitutum` dicit terminum unionis eorum ex quibus constituitur; impossibile autem est intelligere quod unio sit facta et terminus unionis non sit acquisitus, nec econuerso; set relatio et essentia sunt constituentia Personam; ergo impossibile est
75 preintelligere relationem in essentia antequam intelligatur Persona constituta; set necessario simul intelligitur utrumque. Vel potest sic formari ratio: impossibile est quod aliqua intelligantur ut unita et non intelligatur ex eis factum aliquod unum, quia omnis unio tendit ad unum, propter quod non terminatur nisi habito uno; set quicumque

intelligit relationem in essentia intelligit relationem et essentiam ut
 unita; ergo necessario simul intelligit aliquid unum constitutum ex
 eis; illud autem non est nisi Persona; quare etc. Et declaratur hoc per
 simile: sicut enim in materialibus `suppositum` dicit aliquid
 constitutum ex materia et forma, sic in diuinis `Persona` dicit quid
 constitutum ex essentia et proprietate relatiua quasi ex materia et
 forma; set impossibile est intelligere formam in materia nisi
 cointelligendo constitutum nec constitutum nisi cointelligendo partes
 in constituto; quare etc. Maior declaratur, quia impossibile est
 intelligere | compositionem nisi intelligendo compositum, nec
 compositum nisi intelligendo in ipso partes quarum unione ipsum est
 compositum; ideo etc. Notandum quod si relatio cum suo
 fundamento adueniret supposito iam constituto, ut in creaturis, tunc
 relatio prius esset in fundamento quam in supposito.

[9] Ad primum argumentum patet solutio ex dictis.

[10] Ad secundum dicendum quod omne illud in quo est relatio
 sicut in supposito relato, illud refertur, non autem illud in quo est
 tantum ut in fundamento; relationes autem sunt in essentia sicut in
 fundamento solum, in Personis autem sunt sicut in suppositis; et
 ideo sole Persone referuntur et per consequens distinguuntur, non
 autem essentia. Et hoc est quod dicit DAMASCENUS, quod
 proprietates sunt *characteristicae*, id est determinatiue et distinctiue,
hypostaseos, id est Personarum, *non* autem essentie.

101 proprietates...essentie] cf. Ioh. Damasc., *De fide orthod.*, 50 (187, 14-16)

Distinctio 34^a

Sententia huius distinctionis in generali et speciali

[1] *Predictis autem adiiciendum*. Superius MAGISTER comparauit
 5 proprietates ad essentiam et Personas; et hic uero comparat
 essentiam et Personas adinuicem. Et diuiditur in tres: primo
 determinat suum intentum; secundo incidenter determinat de
 nominibus translatiuis; tertio imponit ad tractatum de Trinitate et
 unitate finem. Secunda ibi: *Preterea sciendum est*. Tertia ibi: *De*
 10 *sacramento unitatis*. Prima diuiditur in quatuor: primo comparat
 essentiam et Personam quantum ad identitatem; secundo quantum
 ad predicandi modum; tertio subiungit quomodo communia in
 diuinis possunt appropriari, et ponit appropriationis rationem; quarto
 incidenter determinat de quodam nomine communi. Secunda ibi: *Hic*
 15 *considerandum*. Tertia ibi: *Ex predictis constat*. Quarta ibi: *Set non est*
pretermittendum. Prima diuiditur in tres: primo ponit QUORUNDAM
 errorem; secundo confirmat; tertio soluit. Secunda ibi: *Si enim,*
inquiunt. Tertia ibi: *Hoc QUIDAM dicunt*. Et ultima diuiditur in tres:
 primo respondet ad autoritatem; secundo responsionem confirmat;
 20 tertio respondet ad rationem in contrarium adductam. Secunda ibi:
Non ergo secundum corporales. Tertia ibi: *Nec tamen diffitemur*. Hec est
 diuisio litere in generali.

8 ad] *huc transposui: post unitate π* 18 Hoc] *scr. cum Lombardo: Hic π*
 21 corporales] *scr. cum Lombardo: corporalem π*

4 Predictis...adiiciendum] Lomb., 246, 14 | Superius...Personas] cf. Lomb.,
 240, 4 - 246, 9 9 Preterea...est] Lomb., 254, 2 | De...unitatis] Lomb., 254, 9
 14 Hic considerandum] Lomb., 251, 4 15 Ex...constat] Lomb., 252, 1
 Set...pretermittendum] Lomb., 253, 17-18 17 Si...inquiunt] Lomb., 246, 17
 18 Hoc...dicunt] Lomb., 248, 1 21 Non...corporales] Lomb., 249, 22
 Nec...diffitemur] Lomb., 250, 13

[2] In speciali uero sic procedit. Et proponit primo quod QUIDAM dixerunt essentiam et Personam non esse idem. Postea confirmat hoc dictum: si enim eadem essentia esset Pater et Filius, ergo eadem res generat et generatur. Ad hec facit autoritas HILARII dicentis quod res nature et natura non sunt eadem uel idem, set diuina Persona est res nature, essentia autem dicitur ipsa natura, ergo differunt. Respondet quod uerbum HILARII est intelligendum in creaturis, non in diuinis. Postea confirmat hec: in diuinis secundum HILARIUM res nature idem est quod natura, scilicet natura aliquid existens [res nature]; Pater et Filius est ipsa diuina natura; ipse enim HILARIUS dicit quod Deus non est aliud ab hiis que sibi insunt, idest ab attributis et Personis, est tamen aliud ab hiis que sibi non insunt, idest a creaturis. Deinde respondet ad rationem dicens quod secundum rationem essentie et hypostasis differunt, et quod generans et generatum conueniunt in substantia, non tamen in personalitate. Postea querit, cum tres Persone dicuntur una essentia et unus Deus, utrum sicut dicitur una essentia trium Personarum et tres tamen Persone unius essentie, ita posset dici unus Deus trium Personarum uel tres Persone unius Dei. Et respondet quo non, quia sic significatur Deus in aliquo habitudine principii respectu Personarum; nec est simile de essentia, quia est alius modus significandi nomine `Dei` et alius nomine `essentie`. Postea subdit quod potentia, sapientia, bonitas sunt communia in diuinis,

31 aliquid] *coni.*: ad π | res nature] secl.

23 Et...idem] cf. Lomb., 246, 14-17 24 Postea...26 generatur] cf. Lomb., 246, 17 - 247, 4 26 Ad...30 diuinis¹] cf. Lomb., 247, 5 - 249, 12; Hilar., *De Trin.*, VIII, 21-28 (333, 1 - 340, 20) 30 Postea...35 creaturis] cf. Lomb., 249, 13 - 250, 11 35 Deinde...38 personalitate] cf. Lomb., 250, 13-30 38 Postea...44 `essentie`] cf. Lomb., 251, 4-20 44 Postea...51 diuinis] cf. Lomb., 252, 1 - 253, 15

appropriantur tamen aliquibus Personis; potentia enim appropriatur
 Patri, quia in creaturis patres solent <esse> infirmi, sapientia
 appropriatur Filio, quia in creaturis propter iuuentutem solent esse
 ignorantes, bonitas uero appropriatur Spiritui Sancto, quia `spiritus`
 50 inflammationem et tumorem dicit in creaturis; unde per contrarium
 hoc dicitur in diuinis. Postea dicit quod hoc nomen `homouision` ab
 ANTIQUIS primo fuit concessum, tandem propter malum intellectum
 fuit damnatum, set finaliter propter ueritatem rei fuit receptum.
 π91vb Postea dicit quod de nominibus translatiuis non uult aliquid | dicere
 55 nisi quod assignata est ratio secundum quam transferri uidentur.
 Vltimo dicit se insufficienter determinasse de sacramento Trinitatis
 et unitatis diuine etc.

Questio prima

Vtrum suppositum et natura differant realiter in creaturis

[1] Circa distinctionem istam queritur de tribus principaliter: primum
 5 est de comparatione Persone ad essentiam diuinam; secundum est
 utrum conuenienter dicatur quod sint tres Persone unius essentie;
 tertium est de nominibus translatiuis. Quantum ad primum sciendum
 est quod cum Persona comparetur ad essentiam sicut suppositum ad
 naturam, primo queritur de comparatione suppositi ad naturam in
 10 creaturis, que sunt nobis notiores; et secundo de comparatione
 Persone ad essentiam in diuinis. Ad primum sic proceditur. Et

47 esse] *suppl.: om. π*

51 Postea...53 receptum] cf. Lomb., 253, 17-31 54 Postea...uidentur] cf.
 Lomb., 254, 2-7 56 Vltimo...diuine] cf. Lomb., 254, 9-12
 2 Vtrum...creaturis] cf. Henr. Gand., *Quodl. IV*, 4 (90vA-91vG)

arguitur quod suppositum et natura differant realiter in creaturis, quia illa quorum uni attribuitur aliquid reale quod non attribuitur alteri, differunt realiter; set natura et suppositum in creaturis sunt huiusmodi, quia supposito attribuitur agere non tamen nature; ergo differunt realiter. 15

[2] Item Filius Dei assumpsit humanam naturam et non assumpsit humanum suppositum; ergo non sunt idem suppositum et natura.

[3] Item suppositum et natura se habent sicut habens et habitum ('homo' enim significat ut habens humanitatem et 'humanitas' ut quod habetur); set in solo Deo sunt idem quod habet et quod habetur, non autem in creaturis; ergo in solo Deo idem sunt suppositum et natura, non autem in creaturis. 20

[4] In contrarium arguitur quia idem importatur per nomen 'hominis' et eius diffinitionem; set per diffinitionem 'hominis' non importatur nisi quidditas et natura, quia diffinitio indicat quid est res; quid autem querit de quidditate; ergo sola quidditas uel natura importatur per nomen 'hominis', quod est nomen suppositi. 25

[5] Responsio. Notandum quod 'suppositum' et 'natura' possunt accipi dupliciter: uno modo ut 'suppositum' concretum dicatur, ut homo uel hic homo, et 'natura' dicatur abstractum, ut humanitas uel hec humanitas, et hoc modo querere quomodo se habeat suppositum ad naturam, est querere quomodo se habeat quidditas ad id cuius est siue ad habens quidditatem; alio modo possunt accipi sic ut 'suppositum' dicatur singulare, ut hic homo uel hec humanitas, et 'natura' dicatur quid commune uel uniuersale, ut homo uel humanitas, et sic querere quid addit 'suppositum' super 'naturam', est querere de principio indiuiduationis. 30 35

28 importatur] *coni.*: importat π | 'hominis'] *coni.*: homines π

[6] Quantum ad primum articulum solum tractabitur nunc questio,
 40 quia quantum ad secundum tractabitur in II libro de materia.
 Quantum ergo ad primum sciendum est quod de comparatione
 suppositi ad naturam accipiendo `suppositum` pro concreto, ut
 hominem, et `naturam` pro abstracto, ut humanitatem, utrum sint
 idem an non, sunt plures modi dicendi. Vnus est quod suppositum
 45 differt realiter a natura, quia intendit in se realiter aliquid quod differt
 realiter a natura, scilicet esse, et alia accidentia que sunt extra
 rationem nature. Et hoc declarant dupliciter: uno modo per dictum
 ARISTOTILIS in VII *Metaphisice*, qui dicit quod *in dictis per se*
sunt idem realiter quidditas et habens quidditatem, non autem in dictis
 50 secundum accidens. Ex quo uolunt accipere quod in omni natura cui
 potest aliquid accidere extra rationem eius existens differt realiter
 suppositum et natura, quia in ratione `suppositi` non solum
 includitur `natura` aut illa que ad rationem nature et speciei
 pertinent, set etiam illa que accidunt nature in supposito, et quia in
 55 omni re creata est aliquid accidens quod non pertinet ad rationem
 speciei et nature, pertinet <autem> ad suppositum, ideo in omni re
 creata differunt realiter suppositum et natura. Secundo declaratur
 idem, quia si suppositum esset idem realiter cum natura in creaturis,
 tunc abstractum predicaretur de concreto dicendo "homo est
 60 humanitas"; hoc autem non dicimus; ergo etc.

π92ra | [7] Set istud non uidetur uerum, quia si suppositum includeret in se
 intrinsece aliquid quod accideret nature, siue illud sit esse, si tamen
 esse sit accidens, siue quodcunque aliud accidens, tunc `homo`, quod

56 autem] *suppl.: om. π*

48 in²...quidditatem] *Auct. Ar.*, 1, 167 (129, 85); cf. *Arist., Metaph.*, VII, 6, 1032a5-6

est nomen suppositi, ut nunc loquimur de supposito, non esset
 tantum in genere substantie, set in pluribus, quemadmodum `homo
 albus`, nec esset unum per se nec ens per se, cum per idem sit
 aliquod ens et unum, nec eius esset per se distinctio, que omnia sunt
 inconuenientia. Secundo, quia dictum PHILOSOPHI quod assumunt
 pro se non est pro eis, set potius contra eos; non enim uocat
 PHILOSOPHUS `dictum per accidens` omne suppositum, in quo
 preter naturam et quidditatem est aliquod accidens, set illud quod
 includit res diuersorum predicamentorum, ut `homo albus`, illud
 autem quod includit solum rem predicamenti substantie uocat
 `dictum secundum se`, ut hominem aut equum, quibus tamen multa
 accidunt, et ideo non est intentio ARISTOTILIS quod in omni natura
 cui aliquid potest accidere differant suppositum et natura. Vtrum
 autem unum predicetur de altero, concretum scilicet de abstracto, uel
 econuerso an non, dicetur postea.

[8] Alius modus dicendi est quod suppositum et natura differunt
 realiter, non per hoc quod nomen `suppositi` significet preter
 naturam aliquod accidens nature, quia tunc non esset ens per se
 unius generis, nec solam naturam, quia tunc non differret realiter a
 natura, set quia addit super `naturam` quendam modum quem
 contrahit natura ex hoc quod subest ipsi esse et reliquis accidentibus;
 qui modus licet non sit alia res a natura per ipsum, tamen differt
 suppositum realiter a natura, et natura cum modo, que est
 suppositum, a seipsa sine modo illo, que ut sic absolute est natura.
 Declarant autem hoc per simile, quia materia ex coniunctione sui
 cum quantitate contrahit quendam modum, scilicet quod sit extensa,
 per quem differt realiter a seipsa non extensa; extensum enim et non

85 sit] *scr.*: fit π

extensum realiter differunt, et tamen materia extensa non addit super
 materiam aliquam rem non quantitatem, quia preter quantitatem est
 in essentia materie derelicta quedam extensio, que licet non sit in
 materia nisi ad presentiam quantitatis, tamen non est ipsa quantitas,
 95 set est quedam diuersificatio materie in essentia sua; constat enim
 quod sub alia et alia parte quantitatis est alia et alia pars materie quo
 ad essentiam materie, quod non esset nisi preter essentiam
 quantitatis esset in materia quedam extensio secundum quam haberet
 partem et partem, ut sic secundum diuersas partes essentie posset
 100 subiici diuersis partibus quantitatis. Cum ergo ille modus non sit
 quantitas et fortiori ratione non sit res alterius predicamenti, patet
 quia ille modus non addit super materiam aliquam rem, et tamen
 facit eam differre a seipsa absolute sumpta et sine tali modo, et
 similiter in omni natura relinquatur aliquis modus ex coniunctione sui
 105 ad sua accidentia; qui modus cum natura pertinet ad rationem
 suppositi et non ad rationem nature, ratione cuius differunt realiter
 suppositum et natura, licet ille modus non addat super naturam rem
 aliquam. Rationes probantes hanc conclusionem adducte sunt
 arguendo ad questionem.

110 [9] Hec autem positio deficit in multis: primo, quia dicit suppositum
 differre realiter a natura et non per aliquam rem, quia sicut se habet
 differens ratione ad rationem, ita se habet differens realiter ad rem;
 set impossibile est quod aliquid differat ab alio ratione nisi sit alia
 ratio uel includat aliam rationem; ergo impossibile est quod aliquid
 115 differat ab alio realiter nisi sit alia res uel habens seu includens aliam
 rem.

[10] Secundo deficit in hoc quod ponit quod natura contrahit
 quendam modum ex unione sui cum accidentibus; hoc enim non est
 uerum; aliter enim perficit agens suum passum et aliter forma suum

subiectum; agens enim perficit suum passum non per se ipsum, set
 120
 set aliquid immissum, quod est forma que est terminus actionis; set
 forma perficit subiectum per seipsam immediate et non per aliquid
 immissum (albedo enim perficit corpus per seipsam, qua perfectione
 dicitur album et preter ipsam nichil aliud redundat in subiecto, et
 similiter est in omnibus formis accidentalibus). Ex hoc sic arguitur:
 125
 ex perfectione subiecti per formam nichil redundat preter formam;
 set natura perficitur suis accidentibus tanquam subiectum per
 formas; ergo ex tali perfectione uel unione nichil redundat nec res
 nec modus. | Est tamen intelligendum quod ex unione forme
 130
 substantialis cum materia bene redundat in composito qualitates et
 passionem; set in materia, que est subiectum forme secundum se,
 nichil redundat preter formam, et eodem modo in toto ex natura et
 suis accidentibus. Vnde potest aliquid redundare quod non est
 conditio solius nature set compositi ex natura et accidente, sicut esse
 figuratum redundat in natura ex quantitate; set illud non est
 135
 immediata conditio nature, set quantitatis uel totius compositi, et sic
 uerum est uniuersaliter quod ex eo quod perficit ut forma, nichil
 redundat preter formam quod sit conditio subiecti quod perficitur
 per formam quasi magis intrinsecum subiecto quam sit forma, ut ISTI
 140
 ymaginantur de quodam modo derelicto et causato in natura ex
 unione eius ad quantitatem et ad alia accidentia, qui modus est
 quedam diuersificatio nature in sua essentia, ut dicunt.

[11] Tertio deficit in hoc quod dicit quod talis modus pertinet ad
 rationem suppositi, quia prius est intelligere naturam subesse suis
 accidentibus quam sequatur talis modus, quia contrahitur ex unione
 145
 nature cum accidentibus; set suppositum in genere substantie uel

145 quia] alias qui *i.m. add.* π

natura subsistens, que non subsistit nisi in supposito, preintelligitur talis, scilicet subsistens, antequam intelligatur subesse suis accidentibus, quia subsistere competit sibi ex se; ergo suppositum uel
 150 natura subsistens preintelligitur illi modo qui contrahitur ex unione nature cum accidentibus; set `posterius` non est de ratione `prioris`; ergo talis modus non est de ratione suppositi.

[12] Quarto, quod illud quod est completium et formale in constitutione rei denominat rem illam, sicut a relatione que est
 155 formalis et completiva in constitutione suppositorum diuinorum dicuntur supposita diuina `relata`; set secundum ISTOS talis modus est formalis et completivus in constitutione suppositorum creatorum; ergo omnia supposita creata debent denominari a tali modo modalia, quod est inconueniens.

[13] Quinto, quia secundum opinionem istam sequitur quod humana
 160 natura in Christo sit suppositum, quia ipsa est affecta suis accidentibus; ex qua affectione resultat modus qui cum natura constituitur ratio suppositi, ut dicunt; hoc autem est inconueniens; ergo etc.

[14] Alius modus dicendi est quod suppositum realiter differt a
 165 natura, quia preter naturam includit modum realem, non quidem causatum ex unione nature cum accidentibus, ut dicit precedens opinio, set modus qui competit nature ex se, si sibi relinquatur; et iste modus est modus per se subsistendi, qui includitur in ratione
 170 suppositi, et non in ratione nature; `suppositum` enim dicit quid per se subsistens, non autem natura; et hic modus, si ponatur esse res iuxta illud quod dictum est in precedente distinctione, tunc hec opinio euadit omnia inconuenientia precedentis opinionis, excepto

153 quod¹] *an scrib.* quia?

quarto quod non est magnum; dato enim quod supposita creata
dicerentur modalia, non esset multum curandum, dummodo 175
constaret de re. Item non euadit illud inconueniens quod adductum
est contra primam opinionem, uidelicet quod suppositum non esset
unum per se, set solum per accidens.

[15] Nichilominus <est> alius modus dicendi, quem credo ueriores,
scilicet quod `suppositum` et `natura`, hoc est concretum et 180
abstractum, siue accepta in uniuersali, ut homo et humanitas, siue in
singulari, ut hic homo uel hec humanitas, non important aliud de
principali significato, set idem penitus; ex modo tamen significandi
`suppositum` seu `concretum` aliquid connotat quod non connotat
`natura`. Primum patet dupliciter, primo sic: non plus differt 185
concretum et abstractum in predicamento substantie quam in
predicamento accidentis; set in predicamento accidentis concretum
et abstractum penitus idem significant, ut `album` et `albedo`
(`album` enim solam qualitatem significat, sicut `albedo`, ut dicitur
in *Predicamentis*); ergo in predicamento substantie concretum 190
et abstractum, ut `homo` et `humanitas`, penitus idem significant.
Secundo patet idem per rationem adductam prius ad questionem,
uidelicet quod idem significatur per nomen `hominis` et per eius
diffinitionem.

[16] Secundum patet, scilicet quod concretum seu suppositum de 195
suo modo significandi aliquid connotet quod non | connotat natura
seu abstractum; abstractum enim significat naturam secundum se
absque habitudine ad aliquid aliud et ideo ex suo modo significandi
nichil connotat preter naturam, concretum autem significat per
π92va

179 est] *suppl.*: om. π

189 `album`...`albedo`] cf. Arist., *Cat.*, 8, 10a27-30

200 modum habentis naturam, ut `homo` habens humanitatem et `albus`
 habens albedinem, et quia habens naturam est quandoque realiter
 diuersum a natura, sicut homo habens albedinem est aliquid realiter
 diuersum ab albedine, sequitur quod concretum ex suo modo
 connotandi connotat aliquid quod quandoque est realiter diuersum a
 205 forma importata per abstractum, ut in exemplo posito de albo,
 quandoque autem non, ut postea patebit, quia quandoque non est
 realiter diuersum quod habet et quod habetur, differenter autem
 importatur per concretum forma, que principaliter significatur, et
 habens formam, quod connotatur ex modo connotandi, quia ut patet
 210 resoluendo nomen concretum, habens formam importatur in recto,
 forma autem in obliquo, ut album habens albedinem.

[17] Et ex hoc sequuntur duo: unum est quod in concretis
 accidentalibus, in quibus habens formam realiter differt a forma,
 concretum non potest predicari de suo abstracto, ut dicendo "albedo
 215 est alba" uel econuerso "album est albedo"; cuius ratio est quia illud
 subiicitur uel predicatur quod importatur per terminum in recto, non
 autem id quod importatur in obliquo, set est determinatio predicati
 uel subiecti; set per concretum importatur habens formam in recto,
 forma autem in obliquo; ergo ubi terminus concretus subiicitur uel
 220 predicatur, oportet quod directe uerificetur propositio pro habente
 formam; set in concretis accidentalibus habens formam non est idem
 realiter cum forma; ergo in talibus abstractum, quod est nomen
 forme, non predicatur de concreto, quod est nomen habentis
 formam, nec econuerso.

225 [18] Secundum quod sequitur est quod concretum directe supponat
 pro habente formam et non pro forma habita; illud autem quod
 habet rationem partis uel inherentis uel alteri innitenti habet

rationem habiti et non habentis; ideo tali non conuenit nomen
 concretum; propter quod natura humana in Christo, quia est alteri
 innitens et habita, non dicitur `homo`, set `humanitas`, nec Filius 230
 Dei dicitur assumpsisse hominem, set humanitatem; hic etiam non
 predicatur concretum de abstracto nec econuerso; non enim bene
 dicitur demonstrato Christo: "hic homo est sua humanitas", quia
 habens humanitatem est realiter aliud ab humanitate, quia illud est
 suppositum diuinum; in Christo enim humanitas degenerat in 235
 accidens, quantum ad hoc <quod> non constituit suppositum
 proprium, sicut nec accidentia. Set in suppositis creatis potestne
 concretum predicari de abstracto uel suppositum de natura? Non
 uideo quare non, loquendo de concretis et abstractis substantialibus,
 ut sunt `homo` et `humanitas`, quia in talibus non uidetur aliquid 240
 subsistens aliud a natura quod possit habere naturam, set sunt
 penitus idem re habens et habitum; propter quod possunt de
 seinuicem predicari predicatione que est per identitatem, que licet
 non sit propria, quia non est formalis, non tamen est falsa.
 [19] Set circa hoc dicunt QUIDAM quod semper est falsa "homo est 245
 humanitas", quia cum `homo` supponat pro subsistente habente
 humanitatem, non solum autem potest dici humana natura in
 homine esse subsistens, set etiam aggregatum ex humana natura et
 aliis, puta quantitate et qualitate; licet enim quantitas non subsistat,
 tamen compositum ex humanitate et quantitate subsistit, ideo quia 250
 `homo` ex modo significandi potest simul importare cum
 humanitate aliquid aliud; propter hoc de homine non potest uerificari
 `humanitas` nisi cum expositione, ut si diceretur quod illud
 subsistens habens humanitatem cui precise circumscripto quocunque

228 habentis] *omi.*: habens π 236 quod] *suppl.*: *om.* π 254 quocunque] *omi.*:
 quocunque π

255 alio competit subsistere est humanitas.

[10] Set istud non ualet, quia arguam sic ex datis: illud subsistens habens humanitatem cui precise circumscripto quocunque alio competit subsistere est humanitas; set `homo´ ex significato et modo significandi nichil importat nisi illud subsistens quod habet humanitatem et quod circumscripto quocunque alio subsisteret; ergo absolute et uniuersaliter in suppositis creatis dumtaxat uerum est dicere quod homo est humanitas. Maior patet ex dictis EORUM Minor probatur, quia nomine `hominis´ non importatur nec ex significato | nec ex modo connotandi, nisi subsistens habens humanitatem, sicut nomine `albi´ non importatur nisi habens albedinem; uniuersaliter concretum nichil importat nisi formam et subiectum siue suppositum habens formam; illud ergo non importatur per nomen `hominis´ nec ex significato nec ex modo connotandi quo circumscripto est dare subsistens habens humanitatem, set circumscripta quantitate et quocunque alio, remanente humana natura sibi derelicta, secundum cursum nature est dare in homine subsistens habens humanitatem secundum modum intelligendi; ergo etc.

[21] Item quantitas non intelligitur in subsistente habente humanitatem nisi intellecta in eo humanitate; set quicquid est de intellectu subsistentis habentis humanitatem, preintelligitur aut necessario simul intelligitur cum humanitate; et quare etc.

[22] Item secundum ISTOS hec est uera "Deus est deitas", et tamen `Deus´ dicit subsistens habens deitatem, in quo subsistente est humanitas, de qua non potest uerificari `deitas´; ergo similiter hec erit uera in creaturis "homo est humanitas", licet in homine sit quantitas uel aliquid aliud quod non est humanitas.

[23] Et si dicatur quod ex humanitate et deitate non fit unum per

compositionem, sicut ex humanitate et quantitate, propter quod
 concretum quod est `Deus` non supponit pro aggregato ex 285
 supposito diuino et humanitate, sicut `homo` pro composito ex
 humanitate et quantitate, set supponit tantum pro subsistente quod
 est Persona diuina et ipsa deitas, [24] hoc nichil est, quia constat
 quod hoc nomen `Deus` supponit pro aggregato ex Persona diuina
 et humanitate; alioquin non uerificaremus istas propositiones 290
 "Deus fuit natus, passus, mortuus" et huiusmodi; unde manifeste
 falsum assumunt ISTI; quecunque enim sunt unum secundum
 suppositum, siue per compositionem siue alio modo, terminus
 concretus reddat pro eis locutionem ueram. Patet ergo qualiter se
 habeant suppositum et natura accipiendo `suppositum` pro 295
 concreto et `naturam` pro abstracto.

[25] Ad rationes secunde opinionis, que etiam sunt rationes
 principales in arguendo ad conclusionem, respondendum est: ad
 primam quod suppositum dicitur agere et non natura, non propter
 realem diuersitatem suppositi et nature, set quia `suppositum` 300
 significatur ut quid est, `natura` autem magis ut quo aut quid est, et
 quia agere correspondet ei quod est esse, ideo supposito attribuitur
 actio tanquam ei quod agit, set nature tanquam ei quo agens agit;
 utrumque tamen realiter agit eque unum sicut alterum, quia non
 sunt duo, set unum, quamuis secundum modum loquendi magis 305
 attribuaturs uni quam alteri propter diuersum modum significandi.

[26] Ad secundum dicendum quod natura humana in Christo est
 natura et non suppositum, non propter hoc quod `natura` et
 `suppositum` uel `concretum` et `abstractum` important diuersa de
 principali significato, set quia `concretum` ex modo significandi 310
 intelligitur ut habens; quod autem innititur alteri non est habens ut
 sic, set potius habitum; propter quod natura humana in Christo

non dicitur homo, set humanitas.

[27] Ad tertium dicendum quod in nulla creatura sunt idem
 315 uniuersaliter habens et quod habetur, quia in omni creatura preter
 suppositum et naturam sunt aliqua que realiter differunt ab
 utroque; nichil tamen prohibet quin creatura sit aliquod habitum
 quod non differt realiter ab habente, sicut diximus de supposito et
 natura.

320 [28] Ad illud quod dicunt de materia extensa, quod differt realiter a
 seipsa non extensa et tamen non includit aliam rem set quendam
 modum contractum, dicendum quod falsum est; `materia` enim
 `extensa` dicit compositum ex materia et extensione, que est
 325 essentialiter quantitas, in quo composito materia est subiectum et
 quantitas est ipsa formalis extensio, ita quod non est alia extensio
 materie et quantitatis, set tantum una, quia extensio que est materie
 ut subiecti est quantitatis ut forme, que est essentialiter id ipsum. Et
 quod arguiter contra hoc, quia sub alia et alia parte quantitatis est alia
 et alia pars materie, dicendum quod aut loquimur de materia que
 330 subest quantitati in diuersis secundum suppositum, aut de materia ut
 subest diuersis partibus eiusdem quantitatis secundum numerum; si
 primo modo, sic dicendum est quod in distinctis secundum
 335 suppositum alia materia est sub una quantitate | et alia sub alia;
 neutra tamen habet extensionem preter illam que est sua quantitas;
 differunt enim hee due materie sicut duo indiuidua eiusdem speciei,
 et non sicut partes eiusdem materie secundum numerum, et si
 uocentur partes materie, tamen talis partialitas non arguit aliquam

320 Ad...extensa] Dissoluit ea quæ habentur nu. 8 *i.m. add.* π 329 pars] *scr.*: pas
 π 334 extensionem] *ami.*: excussionem π

322 `materia`...324 subiectum] cf. supra, I, 8, 4, [15]-[16] (39vb-40ra)

extensionem in toto nec in partibus; alias due anime separate, que sunt indiuidua unius speciei, sicut due materie sunt indiuidua unius speciei, essent extense, quod falsum est; et si esset natura materie quod posset esse sine quantitate, sicut anima, possent esse due materie non extense que essent partes unius materie, sicut duo indiuidua sunt partes unius speciei. Patet ergo quod materiam habere plures partes hoc modo, que subsint pluribus quantitibus distinctis secundum suppositum, non arguit in materia secundum se aliquam extensionem preter quantitatem que ei aduenit et est sua extensio. Si uero loquamur de materia ut subest diuersis partibus eiusdem quantitatis secundum numerum, adhuc non oportet quod preter quantitatem sit in materia aliqua extensio secundum quam habeat plures partes que subiiciantur pluribus partibus quantitatis; imo secundum ISTOS non est possibile, si bene considerentur dicta EORUM; quantitas enim non preexigit in materia illud quod ipsa facit aut quod ad ipsam consequitur; set secundum ISTOS illa extensio quam ponunt in materia preter quantitatem fit ex quantitate uel sequitur ad quantitatem (contrahitur enim, ut dicunt, ex unione quantitatis ad materiam); ergo talis extensio in materia nullo modo exigitur a quantitate ut per eam materia habeat diuersas partes que subiiciantur diuersis partibus eiusdem quantitatis; ergo nunquam materia habet diuersas partes que subiiciuntur diuersis partibus eiusdem quantitatis secundum numerum. Dicendum quod non; nunc enim loquimur de partialitate et totalitate extensiuam quam non habet materia nisi includendo quantitatem que est extensio et totalitas uel partialitas de qua loquimur; materia ergo subest quantitati realiter a quantitate differens; set tota materia non subest toti quantitati nec partes materie partibus quantitatis, set potius materia cum totalitate quantitatis dicitur `tota` et cum parte uel partialitate quantitatis

dicitur `pars', quia totalitas et partialitas que est quantitatis essentialiter est materie subiective et nulla alia, et sic sunt eedem partes quantitatis et materie et non alie, quia que sunt partes
 370 quantitatis in se sunt partes materie ut subiecti, et materie quante sunt ut aggregati uel compositi. Et istud magis patet uocando quantitatem imo `totalitatem' et `partialitatem' materie, sicut uere est.

375

Questio secunda

Vtrum Persona in diuinis sit idem quod essentia

[1] Postea queritur utrum Persona in diuinis sit idem quod essentia.
 5 Et uidetur quod sic, quia secundum BOETIUM in diuinis idem est quod est et quo est; set quod est est suppositum uel Persona, quo est est essentia; ergo etc.

[2] Ad idem est quod dicit MAGISTER in litera.

[3] In contrarium arguitur quia impossibile est quod per idem re differat aliquid ab alio realiter et conueniat cum eodem, quia eiusdem
 10 non sunt oppositi effectus; set Persona conuenit cum Persona, ut Pater cum Filio in essentia, differt autem in Persona; ergo impossibile est quod Persona et essentia sint omnino idem re.

[4] Responsio. Cum Persona diuina sit aliquid constitutum ex
 15 essentia diuina et relatione, tota differentia Persone ab essentia quam includit est ratione relationis, et ideo sicut relatio diuina differt ab

372 quantitatem] scr.: quantitate π

2 Vtrum...essentia] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 34, 1, 1 (787-790); *S.th.*, I, 39, 1
 5 in...est³] cf. Boeth., *De S. Trin.*, 2 (170, 100-101); *Quomodo substantiae*, regula
 VII (188, 41-42) 8 quod...litera] cf. Lomb., 246, 14-17

essentia, sic Persona diuina differt ab essentia ratione relationis; qualiter autem differant essentia et relatio in diuinis, dictum fuit in precedente distinctione, uidelicet quod differunt ex natura rei, quia non sunt idem adequate et conuertibiliter, uel quia differunt sicut res et modus habendi rem, uel quia licet sint idem identice, non sunt tamen idem formaliter, qui modus includit duos primos modos, sicut tunc declaratum fuit; et talis differentia, cum sit ex natura rei circumscripto omni actu rationis, est aliquo modo realiter, licet non simpliciter et absolute, set cum determinatione alicuius predictorum modorum. Et idem dicendum de Persona et respectu essentie.

¶ [5] Argumenta procedunt uiis suis, quia primum probat quod Persona et essentia sunt idem, et hoc uerum est, quia uerum est dicere quod Persona est essentia et essentia est Persona; set non probat quod sint idem adequate et conuertibiliter uel quod sint idem formaliter, imo oppositum est uerum, sicut probat argumentum in oppositum.

Questio tertia

Vtrum conuenienter dicatur quod sint tres Persone unius essentie

[1] Tertio queritur utrum conuenienter dicatur quod sint tres Persone unius essentie. Et uidetur quod non, quia secundum ARISTOTILEM I *Elenchorum eadem est ratio unius solius et simpliciter, ut unius hominis et hominis*, et similiter uidetur quod eadem sit ratio essentie et unius

7 uidetur] *scr.*: uidentur π

2 Vtrum...essentie] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 34, 1, 2 (791-793); *S.th.*, I, 39, 2
6 eadem...hominis²] Arist., *Soph. el.*, 6, 169a8-10; cf. *Auct. Ar.*, 37, 12 (332, 5-6)

essentie; set non bene dicitur quod sint tres Persone essentie; ergo nec quod sint tres Persone unius essentie.

- 10 [2] In contrarium est quod habetur in litera.
- [3] Responsio. Dicendum est quod bene conuenienter dicitur quod tres Persone sint unius essentie. Quod patet sic: illud bene et conuenienter dicitur quod uere et congrue; set quod tres Persone dicantur esse unius essentie, dicitur congrue; ergo etc. Maior patet,
- 15 quia in propositionibus, que sunt signa rerum, tota bonitas est ex congruitate locutionis, que pertinet ad grammaticum, et ex ueritate, que pertinet ad logicum; et ideo illud dicitur conuenienter et bene quod dicitur congrue quo ad grammaticum et et uere quo ad logicum; et hec fuit maior. Minor probatur, quia congruitas est in
- 20 constructione dicendo quod sunt tres Persone unius essentie, sicut est congruitas dicendo "ista mulier est egregie forme", et uterque genitiuus construitur ex ui designatonis essentie secundum grammaticos, quia per talem constructionem designatur aliqua proprietas secundum quam essentia uel natura quecunque habetur a
- 25 supposito uno uel pluribus; et ob hoc oportet quod sint plures genitiui, quorum unus dicat naturam et alius proprietatem nature, nisi ex aliquo usus unus genitiuus habeat uim plurium, sicut <si> dicitur "iste est homo consilii", intelligitur `magni consilii' uel `uir uirtutis', idest `magne uirtutis' et sic de aliis. Est etiam ueritas in
- 30 propositione, quia per talem enuntiationem significatur quod essentia diuina habeatur a tribus ut indiuisa; hoc autem est uerum; ergo etc. Patet ergo quod bene dicitur quod tres Persone sunt unius essentie, non autem unius Dei, quia concretum non potest construi in ratione

27 si] *suppl.*: om π 29 Est] *scr.*: Et π

10 In...litera] cf. Lomb., 251, 4-20

nature uel forme, set potius in ratione suppositi, et quia tres Persone non conueniunt in unitate suppositi, ideo non bene dicitur quod tres Persone sunt unius Dei. 35

[4] Ad argumentum in oppositum dicendum quod licet sit eadem ratio essentie et unius essentie, tamen quidam modus habendi essentiam designatur cum additur `unius`, qui non designatur absque eius additione; et quia talis modus construendi est ad designandum proprietatem essentie habite, ideo primus modus recipitur cum additione `unius`, non autem secundus. 40

Questio quarta

Vtrum aliqua nomina conuenienter dicantur de Deo translatiue

[1] Quarto queritur utrum aliqua nomina conuenienter dicantur de Deo translatiue. Et uidetur quod non, quia illa non sunt dicenda de Deo que continent manifestam falsitatem; set nomina dicta de Deo translatiue continent manifestam falsitatem (manifeste enim falsum est dicere Deum esse agrum, leonem uel lapidem); quare etc. 5

[2] In contrarium est autoritas Scripture, que in pluribus locis talia nomina Deo attribuit. 10

[3] Responsio. Dicendum quod non omnia nomina que attribuimus Deo ex creaturis dicuntur de ipso translatiue, quia nullum nomen attribuimus Deo nisi ex creaturis; non enim ponimus nomen nisi rei quam intelligimus, et quia non intelligimus Deum nisi ex creaturis et tantum quantum concludimus ex creaturis, ideo nullum nomen imponimus Deo nisi ex creaturis et quantum ad illa que concludimus 15

² Vtrum...translatiue] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 34, 3, 1 (796-799); *S.th.*, I, 1, 9 et 13, 3

conuenire Deo ex creaturis; constat autem quod non omnia nomina
 que attribuimus Deo dicunt de eo translative et metaphorice, set
 quedam proprie, scilicet omnia illa que attribuimus ipsi ut
 20 cognoscimus ipsum ex creaturis per uiam causalitatis, eminentie et
 remotionis, ut patuit supra distinctione 22^a, quia talia nomina sunt
 imposita ad significandum illud quod est in Deo; solum autem illa
 nomina dicuntur de Deo translative uel metaphorice que significant
 25 speciales quidditates rerum creaturarum uel perfectiones secundum
 modum creaturis conuenientem, ut `leo`, `agnus`, `sentire` et
 huiusmodi, quia res significata per hec nomina non est in Deo, set
 aliqua eius similitudo, ut fortitudo, mansuetudo et cognitio
 singularium, que in nobis pertinet ad sensum.

[4] Talis autem translatio est ponibilis et utilis. Quod sit ponibilis,
 30 patet, quia ibi translatio est ponibilis ubi inuenitur similitudo alicuius
 proprietatis; *omnes enim transferentes secundum aliquam similitudinem
 transferunt*, ut dicitur VI Topicorum; set inter Deum et creaturas
 inuenitur similitudo alicuius proprietatis, ut patet in exemplis iam
 positis; quare etc. Similitudo autem que inuenitur inter Deum et
 35 creaturas, ratione cuius fit translatio, non est secundum
 participationem eiusdem qualitatis secundum speciem, set secundum
 proportionem, ut cum dicimus quod Deus est ignis, quia sicut se
 habet ignis ad calefaciendum corpora, sic Deus ad inflammandum
 corda per amorem, et simile est de aliis que de Deo dicuntur
 40 translative.

[5] Est etiam utilis talis translatio propter tria. Primo est propter

29 translatio] *scr.*: translatio π 32 VI] *omi.*: .2. π

19 omnia...22 Deo] cf. supra, I, 22, 1 (69rb-vb) 31 omnes...transferunt] Arist.,
Top., VI, 2, 140a10-11; *Auct. Ar.*, 36, 87 (328, 21-22)

excellenciam diuine nature, quia cum *intellectus noster se habeat ad Deum sicut oculus noctue ad lucem solis*, ut dicitur II Methaphisice, non possumus ueritatem diuinorum capere secundum sensum, et ideo oportet quod proponantur nobis secundum modum nobis proportionatum; est autem nobis connaturale a sensibilibus ad intelligibilia conscendere; et ideo utile est ut sub figuris rerum sensibilibus diuina nobis intelligenda proponantur; unde DYONISIUS 1^o capitulo De celesti ierarchia dicit quod *impossibile est aliter lucere nobis diuinum radium nisi uarietate sacrorum uelaminum amogice circumuelatum*.

[6] Secundum est quia *in diuinis negationes sunt uere, affirmationes uero incompacte* secundum DYONISIUM, et ideo de omnibus que Deo attribuuntur intelligendum est quod non eodem modo sibi conueniunt sicut in creaturis inueniuntur, set per altiozem modum; manifestius autem est perfectiones corporales Deo non conuenire quam spirituales; et ideo conueniens fuit rebus corporalibus diuina significari, ut hiis assuefacti disceremus nichil eorum que Deo attribuuntur conuenire ei secundum modum quo conueniunt creaturis.

[7] Tertium est propter occultationem diuine ueritatis; profunda enim fidei occultanda sunt infidelibus ne irrideant, et simplicibus ne occasionem erroris assumant; nullus autem est adeo infidelis aut idiota qui credat corporalia secundum proprietatem de Deo dici, puta quod sit leo aut agnus; et ideo ex talibus nullus infidelis aut simplex potest sumere occasionem irridendi uel errandi, et ob hanc

42 intellectus...solis] Arist., *Metaph.*, II, 1, 993b9-11 (transl. Iacobi); *Auct. Ar.*, 1, 35 (118, 44-46) 49 impossibile...51 circumuelatum] Ps.-Dion., *De ad. hier.*, 1 (733; transl. Eriug) 52 in...incompacte] Ps.-Dion., *De ad. hier.*, 2 (758-759; transl. Eriug)

causam et aliam que immediate dicta est conuenientior fit translatio a rebus uilioribus quam a perfectioribus. Et has causas assignat DYONISIUS 1° et 2° capitulo Celestis ierarchie.

70 [8] Ad argumentum in oppositum dicendum quod tales propositiones non sunt false si intelligantur debito modo, scilicet in sensu quo fiunt, et non in sensu quem primo aspectu faciunt; sunt enim intelligende non secundum proprietatem, set secundum similitudinem et proportionem; et sic sunt uere sicut parabolice
75 locutiones. Et hec dicta de distinctione Personarum diuinarum sufficiant.

Distinctio 35^a

Sententia huius distinctionis in generali et speciali

[1] *Cumque supra*. Superius inquisiuit MAGISTER unitatem diuine
essentie et Trinitatem Personarum; hic determinat de attributis
essentialibus quibus attribuitur uel ascribitur | creaturarum
causalitas. Et diuiditur ista pars in tres secundum tria attributa diuine
essentie, que IPSE prosequitur, ad que reducitur causalitas
creaturarum: primo enim prosequitur de scientia; secundo de
potentia, 42^a distinctione ibi: *Nunc de omnipotentia*; tertio de bonitate,
45^a distinctione ibi: *Iam de uoluntate*. Ratio autem huius ordinis est
quia scientia ad plura se extendit quam potentia; est enim tam
bonorum quam malorum, quorum non est potentia; potentia etiam
ad plura se extendit quam uoluntas, uoluntas est tantum respectu
illorum que sunt, que fuerunt uel erunt, set potentia ulterius est
infinitorum aliquorum que fieri possunt. Prima pars istarum diuiditur
in duas: primo enim determinat de scientia Dei in generali, secundo
de quadam specie scientie Dei que specialem difficultatem affert, 40^a
distinctione ibi: *Predestinatio uero de bonis*. Prima in tres: primo
enim ostendit quorum est scientia Dei; secundo ostendit quomodo
ea que scit in Deo esse dicuntur, distinctione 36^a ibi: *Solet hic queri*;
tertio quomodo scientia Dei se habet ad res scitas, 38^a distinctione
ibi: *Nunc ergo ad propositum*. Prima in quatuor: primo notificat
necessitatem tractatus; secundo ostendit in generali quorum sit

21 dicuntur] *coni.* (cf. *Lomb.*, 258, 26): dicunt π 22 38a] *scr.*: .37. π 24 sit] *scr.*: fit
 π

4 *Cumque supra*] *Lomb.*, 254, 17-18 | Superius...Personarum] cf. *Lomb.*, 61,
12 - 254, 12 10 *Nunc...omnipotentia*] *Lomb.*, 294, 4 11 *Iam...uoluntate*] *Lomb.*, 306, 22 19 *Predestinatio...bonis*] cf. *Lomb.*, 284, 10 21 *Solet...queri*] *Lomb.*, 258, 25-26 23 *Nunc...propositum*] *Lomb.*, 275, 10-11

25 scientia Dei ibi: *Sciendum est ergo*; tertio mouet incidentem questionem
et soluit ibi: *Hic considerari oportet*; quarto ex determinatione concludit
quasdam questiones ibi: *Preterea omnia esse dicantur de Deo*. Hec est
diuisio in generali.

[2] In speciali sic procedit. Primo proponit quod de attributis diuinis
30 et scientia predestinationis cum ceteris que enumerat specialem
oportuit facere tractatum. Postea dicit quod scientia est respectu
omnium, siue presentium siue futurorum temporalium siue
eternorum, `prescientia` uero dicitur futurorum omnium,
`dispositio` uero dicitur respectu faciendorum, `prouidentia`
35 respectu gubernandorum, `predestinatio` respectu saluandorum, ubi
dicit quod predestinantur homines ad futuram gloriam et
predestinantur hominibus bona gratie et glorie. Deinde querit utrum,
si nulla fuissent futura, predestinatio et prescientia uel dispositio in
Deo fuissent. Et uidetur quod non, quia omnia ista relatiue dicuntur
40 per respectum ad futura; ergo si nulla fuissent futura, ista in Deo non
fuissent. Set in contrarium uidetur quod prescientia idem est quod
scientia, et scientia Dei idem est quod essentia ipsius et prescire idem
est quod esse in diuinis (idem enim est Deum <esse et Deum>
prescientem esse); ergo si absque futuris non est scientia in Deo, a
45 futuris ergo dependebit eius essentia uel diuinitas, quod est
inconueniens. Et respondet quod si nulla fuissent futura, tolleretur
prescientia Dei quantum ad respectum et antecessionem quam
importat ad futura, set non quantum ad essentiam quod subiacet tali

25 ergo] igitur *Lomb.* 27 Preterea] Propterea *Lomb.* 43 esse²...Deum] *suppl.*:
om. π

25 Sciendum...ergo] *Lomb.*, 254, 24 26 Hic...oportet] *Lomb.*, 255, 24
27 Preterea...Deo] *Lomb.*, 257, 21 29 Primo...31 tractatum] cf. *Lomb.*, 254,
17-22 31 Postea...37 glorie] cf. *Lomb.*, 254, 24 - 255, 21 37 Deinde...50
existentiam] cf. *Lomb.*, 255, 24 - 257, 18

respectui; `prescientia` uero dicit essentiam cum tali respectu,
 scientia uero competit ab eterno et preter creaturarum existentiam. 50
 Ultimo concludit duas conclusiones. Quarum prima talis est quod
 propter scientiam omnia dicuntur esse in Deo et ab eterno fuerunt,
 etiam antequam fierent, quia Deus nichil facit ignorans. Secunda est
 quod propter istam scientiam omnia dicuntur esse in Dei presentia
 secundum cognitionem. Hec est sententia huius in speciali. 55

Questio prima

Vtrum Deus cognoscat se tantum an etiam alia a se

[1] Circa distinctionem istam primo queritur utrum Deus cognoscat
 se tantum an etiam alia a se. Et uidetur quod non cognoscat alia a se, 5
 quia quecumque sunt alia a Deo sunt extra ipsum; set secundum
 AUGUSTINUM Libro 83 questionum Deus *nec quicquam extra*
seipsum intuetur; ergo non cognoscit alia a se.

[2] Item secundum ordinem obiectorum est ordo nobilitatis in
 operationibus; unde et PHILOSOPHUS X Ethicorum felicitatem, 10
 que est nobilissima operatio, dicit esse *respectu nobilissimi obiecti*; set
 quicquid est aliud a Deo est uilius et imperfectius eo; ergo si Deus
 intelligeret alia a se intellectus, eius uilisceret quod est inconueniens;
 quare etc.

[3] In contrarium est quod dicitur Heb. 4^o: *Omnia nuda et aperta sunt* 15

10 X] *scr.*: .A. π

51 Ultimo...55 speciali] cf. Lomb., 257, 21 - 258, 21 2 Vtrum...se²] cf. Thom.,
Super Sent., I, 35, 1, 2 (813-815); *S.th.*, I, 14, 5-6 7 Deus...intuetur] cf. Aug., *De*
diu. quaest. 83, 46, 2 (72, 55) 10 felicitatem...obiecti] cf. Arist., *Eth. Nic.*, X, 4,
 1174b16-23; 7, 1177a12-21; Thom., *Super Sent.*, I, 35, 1, 2, arg 2 (813)
 15 Omnia...eius] Paul., *Hebr.*, 4, 13

16 *oculis eius*; et AUGUSTINUS XV De Trinitate capitulo 24° dicit
 π94ra quod *omnia nouit Pater in Filio*, *omnia nouit | in seipso*. Et arguitur
 ratione: nichil quod est perfectionis deest ei quod est perfectissimum;
 set Deus est perfectissimus; scire quodcunque scibile est perfectionis;
 20 ergo illud non deest Deo; scit ergo non solum se, set et alia.
 [4] Responsio. Circa questionem istam tres conclusiones per ordinem
 probabuntur: prima est quod in Deo est ponere scietiam seu certam
 cognitionem aliorum a se; secunda est quod Deus cognoscit se et alia
 a se perfecte et comprehensiuē; tertia est quod Deus cognoscit alia a
 25 se, set non per aliud a se, set per suam essentiam.
 [5] Primum patet ex diuina causalitate, supposito Deum esse primam
 causam, sic: prime cause competit nobilissimus modus causandi,
 sicut ipsa est nobilissima causa; set Deus est prima causa;
 nobilissimus autem modus causandi est per intellectum et
 30 uoluntatem; ergo Deus est causa rerum per intellectum et
 uoluntatem, quod non esset nisi cognosceret ea que causat; ergo etc.
 Maior patet. Minor etiam supponitur quantum ad primam partem,
 scilicet quod Deus sit prima causa; quantum autem ad alteram
 partem, scilicet quod nobilissimus modus causandi sit per intellectum
 35 et uoluntatem, patet, quia nobilius est habere dominium sui actus
 quam agere ex necessitate; set sola illa que agunt per intellectum et
 uoluntatem habent dominium sui actus, cetera uero non habent, set
 agunt ex necessitate; ergo agere per intellectum et uoluntatem est
 nobilissimus modus agendi. Et hec fuit minor; sequitur ergo
 40 conclusio.
 [6] Item omne agens prestituens sibi finem est agens per intellectum

16 24°] *an scrib. 14°?*

17 omnia¹...seipso] cf. Aug., *De Trin.*, XV, 14, 23 (496, 18-19)

et cognitionem; set Deus est agens prestituens sibi finem; ergo etc. Minor probatur, quia aut Deus producendo res agit a casu, quod est inconueniens, cum casus et fortuna sint cause per accidens; aut agit propter finem sibi prestitutum ab alio, quod similiter est inconueniens, quia tunc non esset primum agens, quia quod dirigitur ab alio habet rationem instrumenti, sicut ferrum dirigitur a trahente et sagitta a sagittante, prestituens autem finem dirigit illum qui agit propter finem; quare agens propter prestitutum ab alio non potest esse primum, cum sit aliquo modo agens instrumentale; relinquatur ergo quod Deus, cum sit primum agens, agat prestituendo sibi finem. Et hec fuit minor; sequitur ergo conclusio.

[7] Et si dicatur quod una Persona producit aliam non a casu nec propter finem quem sibi prestituatur uel sibi prestituatur ab alio, et idem potest dici de productione creaturarum a Deo, dicendum est quod non, tum quia `actio` et `productio` non dicitur hic et ibi uniuoce, tum quia ubi non est causa, non debemus querere finem; in diuinis autem respectu diuinorum non est causatum, quia Persone producte non habent aliquid potius ad quod tanquam ad finem possint ordinari; propter quod productio earum non est propter aliquem finem quem sibi prestituatur Persona producens uel que sibi prestituatur ab alio, set productio creaturarum est eorum que habent aliquid melius se ad quod tanquam ad finem possunt ordinari; et ideo nisi producantur a casu, oportet quod producantur propter finem quem prestituatur sibi agens uel qui prestituatur sibi ab alio. Et sic patet primum.

[8] Secundum patet, scilicet quod Deus cognoscat se perfecte et comprehensiue et alia a se, quia potentia perfectissima tendit modo perfectissimo in omnia que cadunt sub ratione sui obiecti; set intellectus diuinus est potentia cognitua perfectissima, sub cuius

obiecto cadunt omnia, Deus et creatura; modus autem cognoscendi
 perfectissimus est cognoscere comprehensiuē; ergo intellectus
 diuinus cognoscit se et omnia alia comprehensiuē. Maior patet;
 quelibet enim potentia, ex hoc quod potentia est, in omnia potest
 75 que cadunt sub ratione sui obiecti, si modo sit perfecta, tanto
 perfectius quanto est perfectior, et si sit perfectissima, perfectissimo
 modo tendit. Et istud patet deducendo in omnibus potentiis, in uisu
 respectu uisibilium et in ceteris. Minor habet tres partes. Quarum
 prima est per se nota, scilicet quod intellectus diuinus sit potentia
 80 cognitiua perfectissima, quia inter omnes uirtutes cognoscitiuas
 perfectissimus est intellectus, et inter intellectus ille qui est supremus,
 et hic est diuinus.

[9] Set quantum ad alias duas partes probatur, et primo quod sub
 obiecto intellectus diuini cadant omnia, Deus et creatura, quia
 94rb obiectum intellectus est ens secundum rationem | `entis`; unde
 PHILOSOPHUS III De anima dicit, quod *intellectus est quo est omnia
 fieri*; et AUCENNA quod qui non intelligit ens nichil intelligit. Et ratio
 huius est, quia potentie cognitiue perfectissime correspondet
 communissima ratio obiecti; quanto enim potentia est perfectior,
 90 tanto est minus limitata et ad plura se extendit; set inter omnes
 uirtutes cognitiuas perfectior est intellectiua et inter intellectiua
 perfectissimus est intellectus diuinus; ergo ratio sui obiecti est
 communissima; hec autem est ratio `entis`, que conuenit Deo et
 creaturis; quare etc.

95 [10] Quantum autem ad aliam partem, scilicet quod modus
 cognoscendi perfectissimus sit cognoscere comprehensiuē, patet.

86 intellectus...fieri] Arist., *De an.*, III, 5, 430a14-15 87 qui...intelligit²] cf.
 Auic., *Philos. Prima*, I, 5 (34, 51-54; 36, 93 - 37, 97); Thom., *Qu. disp. de uer.*, 1, 1
 (5, 100-102; 7, 264-267)

Eadem minor sic: cognoscere rem comprehensivae est cognoscere eam omni modo quo potest cognosci; sicut enim in corporalibus res dicitur apprehendi quando aliquid eius attingitur, set dicitur comprehendi quando peruenitur ad terminum eius ita quod perfectius et amplius attingi non potest, sic intelligendo res dicitur comprehendi quando peruenitur ad finem cognitionis rei, quod est quando res ita perfecte cognoscitur quod nichil amplius de re cognosci potest, nec absolutum nec comparatum; constat autem quod iste est perfectissimus modus cognoscendi quamcunque rem uel saltem sine hoc non est perfectissimus modus; ergo etc. Et sic probata est minor; sequitur ergo conclusio, scilicet quod Deus cognoscit se et alia a se perfecte et comprehensivae. Comprehendit ergo non solum alia, set etiam seipsum.

[11] Nec tamen propter hoc finit essentiam suam, que infinita est, licet dicat AUGUSTINUS quod illud quod comprehenditur intelligentis comprehensione finitur, quia uel illud intelligitur de comprehensione que est per intellectum creatum, qui finitus est, uel si intelligitur de comprehensione que est per quemcunque intellectum, tunc uerbum AUGUSTINI intelligendum est non positivae, ut scilicet intellectus diuinus sic sumat seipsum ut ponat terminum, set negativae, negando scilicet excessum, quia intellectus non exceditur ab intellecto, set intelligitur omni modo quo intelligibile est. Et sic patet secundum.

[12] Tertium patet, scilicet quod Deus intelligit alia a se, non tamen per aliud a se, set per essentiam suam. Ad quod sciendum est hoc, quod si Deus non intelligeret alia a se per propriam essentiam suam, non posset contingere nisi altero duorum modorum: aut ex parte Dei intelligentis, quia potentia intellectiva in Deo non esset sua essentia,

¹¹¹ illud...finitur] cf. *Aug., De diu. quaest.* 83, 15 (21, 2-4); *Thom., S.th.*, I, 14, 3, arg. 1

125 set aliquid additum, sicut ponitur in nobis, quod esse non potest,
 quia tunc esset compositio in Deo; aut ex parte rei intellecte, scilicet
 quia essentia diuina non esset representans alia, set representaretur
 intellectui diuino per alium modum, quod etiam esse non potest,
 quia illud representatiuum rerum apud intellectum diuinum essent
 ipsemet res uel species rerum impresse intellectui diuino; ipse res
 130 esse non possunt, quia res secundum entitatem propriam non sunt
 ab eterno et tamen ab eterno sunt a Deo cognite, nec rerum species,
 quia ipse species essent ab eterno uel per se existentes uel in
 intellectu diuino et ita in Deo esset compositio, que omnia sunt
 inconuenientia. Relinquitur ergo quod essentia diuina est ipsi Deo
 135 ratio cognoscendi alia tam ex parte cognoscentis quam ex parte
 cogniti.

[13] Item patet secundo: sicut intellectus noster tenet infimum
 gradum in ordine intellectuum, sic intellectus diuinus tenet
 supremum; set intellectus noster propter suam imperfectionem et
 140 potentialitatem, quia est intellectus cum sensu, primo intelligit alia a
 se que cadunt sub sensu, et per eas intelligit se; ergo econtrario
 intellectus diuinus propter suam perfectionem et purissimam
 actualitatem primo intelligit se et per <se> alia a se.

[14] Tertio sic: impossibile est simul multa intelligere eque primo et
 145 principaliter una intellectione (alioquin una operatio terminaretur
 eque primo et principaliter pluribus terminis, quod est inconueniens);
 set Deus intelligit se et alia unica intellectione; ergo impossibile est
 quod hoc sit eque primo et principaliter; set si essentia diuina non
 esset ratio intelligendi alia, tunc alie res essent eque principale

143 se²] *suppl.*: om. π

obiectum intellectus diuini, sicut sunt essentia, et ita unius diuine
intellectionis essent plura eque principalia obiecta; quare etc. 150

| [15] Ad primum argumentum dicendum quod Deus dicitur nichil
intueri extra se, quia quicquid intelligit intelligit per rationem
intelligendi, que est ipse uel essentia sua; bene tamen intelligit alia
que sunt extra se, non tanquam obiecta principalia sue
intellectionis, set tanquam obiecta secundaria. 155

[16] Ad secundum dicendum quod secundum ordinem nobilitatis
obiectorum principalium et per se attenditur nobilitas uel
ignobilitas in operatione, non autem secundum ordinem
obiectorum secundariorum; alioquin eadem operatio simul esset
nobilior et uilior, cum contingat eandem operationem simul esse
respectu plurium, quorum unum est minus nobile altero; set tunc
utrumque eorum non potest esse principale obiectum, ut dictum
est; quando autem utrumque est principale obiectum, impossibile
est esse eandem operationem; propter quod intelligendo minus
nobile impedimur ab intellectione rei magis nobilis et sic uilescit
intellectus; cum ergo diuina essentia et creatura non sunt eque
principalia obiecta intellectionis diuine, nec Deus intelligendo
creaturas impeditur a cognitione sui, ideo intelligendo alia non
uilescit intellectus eius in aliquo. 160
165
170

Questio secunda

Vtrum Deus habeat propriam et distinctam et perfectam
cognitionem de aliis a se

2 Vtrum...se] cf. Thom., *Super Sent.*, I, 35, 1, 3 (815-818); *S.th.*, I, 14, 6

5 [1] Secundo queritur utrum Deus habeat propriam et distinctam cognitionem de aliis a se. Et uidetur quod non, quia per causam primam et remotam non potest haberi distincta et perfecta cognitio de rebus; set quicquid Deus cognoscit cognoscit per essentiam suam, que est causa rerum prima et remota; quare etc.

10 [2] Item Deus non cognoscit alia a se nisi secundum quod preexistunt in eo; set res non preexistunt in Deo distincte, set potius unite et indistincte; ergo non cognoscuntur a Deo nisi indistincte.

[3] In contrarium est, quia agens per intellectum distincta producens
15 cognoscit ea distincte; set Deus est agens per intellectum producens distincta secundum speciem et etiam secundum numerum in eadem specie; ergo Deus cognoscit res distincte, non solum quantum ad distinctionem specificam, set etiam numeralem.

[4] Responsio. Circa questionem istam sic procedetur, quia primo
20 ponetur circa hoc error COMMENTATORIS et secundo inquiretur de ueritate questionis.

[5] Quantum ad primum sciendum quod COMMENTATOR XII
Metaphisice secundum translationem suam dicit quod Deus
non intelligit alia a se nisi in uniuersali, in quantum sunt entia; dicit
25 enim quod quia esse suum est causa essendi omnibus rebus, ideo intelligendo se non ignorat naturam entitatis in aliis, sicut si ignis sciret naturam caloris sui, qui est causa caloris in aliis, sciret etiam in aliis naturam caloris in eo quod calor est absolute, non tamen propter hoc sciret naturam huius uel illius calidi, sic Deus *scit naturam entis in eo quod est ens*, nesciendo tamen naturam huius entis
30

22 XII] *an scrib.* XI? 30 entis¹] vnitatis (?) *Auer. an scrib.* entitatis?

23 Deus...36 cecus] cf. *Auer., Metaph., XII, 51 (337A-C)*

uel illius in speciali et distincte, nec tamen, ut dicit, sequitur quod Deus sit ignorans, quia scientia sua non est de genere scientie nostre, et ideo ignorantia sibi opposita non potest sibi conuenire, sicut non denominatur per habitum aut priuationem, quod non est natum habere aliquem illorum, sicut de lapide non dicitur quod sit uidens aut cecus.

35

[6] Hoc est dictum eius, quod non est opinio, cum nullam probabilitatem habeat, set manifestus error. Quod patet primo de positione in se, secundo de ratione positionis. Positioni in se contradicit IPSEMET I Celi et mundi super finem illius capituli: *Quoniam autem non est circulationi contraria alia latio*, etc.; ibi enim dicit sic: *Ego autem longo tempore feci moram in quo non intellexi explanationem istius loci, set Deus induxit me in ueritatem*. Verba sua sunt ex quibus potest sic argui: aut Deus induxit eum in illam ueritatem sciens uel a casu; non a casu, quia casus et fortuna sunt cause per accidens, ut dictum fuit supra, que non sunt attribuende prime cause, quia quod est per accidens non potest esse primum, cum reducatur ad quod est per se; restat | ergo quod inductus fuerit a Deo sciente; set ueritas illa fuit quoddam particulare et ipse quedam persona singularis; ergo Deus nouit non solum naturam entis in uniuersali, set etiam quasdam res in particulari et eadem ratione omnes alias.

40

45

π94vb

50

[7] Item perfectius cognoscit Deus alia a se per cognitionem suiipsius quam anima nostra cognoscat se ex hoc quod cognoscit alia; set anima ex hoc quod cognoscit alia, consurgit in cognitionem sui, non solum quantum ad cognitionem uniuersalem, scilicet quod sit ens, set

55

41 latio] *scr. cum Aristotele. ratio π 43 in] ad Auer.*

41 Quoniam...latio] Arist., *De celo*, I, 4, 270b32 (transl. Guill.)

42 Ego...ueritatem] Auer., *De celo*, I, 32 (61, 66-67)

etiam quantum ad conditiones speciales, scilicet quod sit tale ens; ergo Deus ex cognitione sui consurgit in cognitionem aliorum, non solum quantum ad conditionem uniuersalem entitatis, set etiam quantum ad conditiones speciales singulorum entium. Minor de se patet. Set maior declaratur, quia, ut dictum fuit in precedente
 60 questione, ex perfectione diuina est quod cognoscat primo se et per se alia, et ex imperfectione anime est quod non cognoscat se nisi per alia a se; plus ergo potest Deus in cognitionem aliorum ex cognitione sui quam possit anima in cognitione sui ex origine aliorum. Est etiam
 65 hoc dictum AUERROYS contra ueritatem fidei catholice, cui non potest subesse falsum; si enim Deus non cognoscit alia a se nisi in uniuersali, scilicet in quantum sunt entia, tunc nescit culpas malorum nec merita bonorum, non poterit ergo punire malos pro culpis neque bonos premiare pro meritis, quod est erroneum.

[8] Ratio etiam positionis nulla est, quia Deus non solum est causa entitatis in rebus, set etiam quidditatis, puta humanitatis in homine et quidditatis asini et equi et aliorum et aliarum perfectionum, ut sunt uiuere et intelligere; et ideo sicut cognoscit esse rerum creaturarum, in quo omnia creata conueniunt, ita cognoscit quidditates et ceteras
 70 perfectiones, ut uiuere et intelligere, quibus differunt uiuentia a non uiuentibus et cognoscentia a non cognoscentibus; quare etc.

[9] Item Deus cognoscit esse rerum, quia causa est eius, ut dicit; set Deus non causat esse in uniuersali, in quo res conueniunt, set causat esse in singulari, in quo res differunt et specificice et numeraliter; ergo
 80 Deus non solum cognoscit res in uniuersali quantum ad rationem entitatis, set in particulari quantum ad rationem sue distinctionis.

64 anima] scr.: animam π 65 Auerroys] scr.: Auerroris π 78 causat²] *ani.*: causare π

[10] Item PHILOSOPHUS III Methaphisice et I De anima habet pro inconuenienti quod non cognoscamus aliquid quod Deus non cognoscat, quia ut dicit, accideret *insipientissimum esse Deum*; et tamen sapientia eius non est eiusdem rationis cum sapientia nostra; 85 ergo eodem modo diceretur ignorans, si nesciret ea que scimus, quamuis scientia sua et nostra non sint eiusdem rationis.

[11] Et ad rationem dicendum quod aliquid dicitur priuatum quod tamen secundum se non est natum habere habitum oppositum, ut dictum fuit supra 13^a distinctione questione 3^a, cum quereretur de 90 ingenito.

[12] Omissa ergo hac erronea opinione accedendum est ad solutionem questionis. Et primo inquiretur qualiter Deus cognoscit distincta secundum speciem; et secundo qualiter cognoscit res secundum distinctionem numeralem. 95

[13] Quantum ad primum sciendum est quod Deum intelligere res distincte potest habere duplicem intellectum: unus potest esse quod distinctio teneat se ex parte intellectionis, scilicet quod intellectio qua Deus intelligit unam rem sit alia et distincta ab intellectione qua intelligit aliam rem, et isto modo Deus non intelligit plura distincte, 100 quia non pluribus et distinctis intellectionibus intelligit illa que intelligit, set una tantum; alius potest esse intellectus quod distinctio teneat se ex parte rerum intellectarum, ita scilicet quod licet Deus intelligat res omnes unica intellectione, tamen intelligit eas non solum quantum ad rationem communem in qua conueniunt, set 105 quantum ad proprias naturas secundum quas differunt, et sic

85 rationis] *scr.*: sationis π 87 scientia] *scr.*: scienti π

83 habet...Deum] cf. Arist., *De an.*, I, 5, 410b4-5 (transl. Guill.); *Metaph.*, III, 4, 1000b3-5 88 aliquid...oppositum] cf. supra, I, 13, 3, [6] (49va); Arist., *Metaph.*, V, 22, 1022b22-31

intelligitur questio in qua uidentur esse difficultates ex hoc quod
 Deus intelligit alia a se per essentiam suam, in qua et per quam res
 representantur intellectui diuino. Si ergo res create intelligantur
 110 distincte a Deo, oportet quod represententur distincte in essentia
 diuina; hoc autem non uidetur possibile, quia si essentia diuina, que
 in se est una realiter, posset representare plura distincte, hoc esset uel
 π95ra ut una re et ratione, uel ut plures | secundum rationem; non ut una
 re et ratione, quia unum sub unica ratione acceptum non uidetur
 115 posse representare nisi unum; nec ut plures secundum rationem,
 quia, ut probatum fuit supra de attributis, distinctio rationum in Deo
 accipitur ex reali distinctione quam uidemus in creaturis ita quod
 secundum nostrum modum intelligendi Deus prius apprehendit
 realem distinctionem in creaturis existentem uel possibilem quam
 120 formet circa essentiam suam diuersitatem rationum; posterius autem
 non est causa prioris; ergo essentia diuina accepta ut plures
 secundum rationem non potest esse ratio intelligendi distinctionem
 rerum.

[14] Et per hoc uidetur excludi illud quod communiter dicitur quod
 125 unum et idem potest esse ratio representatiua plurium, ut plura
 sunt, non quidem unum equatum, set unum excedens, sicut
 senarius numerus est sufficiens ratio cognoscendi distincte omnes
 numeros intra se contentos, et eodem modo dicunt de essentia
 diuina, que una existens et omnia excedens continet in se omnes
 130 rerum perfectiones quibus adinuicem distinguuntur et representat
 eas distincte; hoc enim uidetur exclusum per rationem iam factam
 que generaliter accipit quod nichil unum sub una ratione acceptum
 neque equatum neque excedens potest representare plura distincte,

116 distinctio...creaturis] cf. supra, I, 2, 3, [9]-[17] (18rb-19ra)

set oportet quod accipiatur sub pluribus rationibus; pluralitas autem rationum in Deo non est ratio intelligendi distinctionem rerum, set potius econuerso; ergo etc. 135

[15] Nec ualet exemplum quod adducitur de senario, quia in eo quod est unum solum per aggregationem, ut numerus, partes eius habent propriam actualitatem et distinctionem et ideo distincte possunt cognosci in toto in quo continentur nec cognoscuntur per aliquid quod sit unum simpliciter; essentia autem diuina est summe una et simplex et perfectiones rerum que in ea continentur non sunt in ea secundum propriam actualitatem et distinctinem, set unitissime et indistincte; propter quod non sic possunt res cognosci distincte per cognitionem diuine essentie sicut numeri contenti sub senario cognoscuntur per cognitionem senarii. 140 145

[16] Dicendum est ergo aliter quod essentia diuina est representatiua rerum distinctarum, non inquantum intelligitur sub una ratione, neque prout intelligitur pluribus rationibus; unitas enim uel pluralitas rationum intellecta circa diuinam essentiam nichil omnino facit ad hoc quod essentia diuina aliquid representaret. Quod patet, quia illud quod est representatiuum alicuius rei uel aliquarum rerum ex se et non ad placitum neque ex institutione representat quicquid representat, non per rationem aliquam sibi per intellectum attributam; set essentia diuina est representatiua omnium que representat ex se neque ad placitum neque ex institutione; ergo ipsa representat quicquid representat non per aliquam rationem unam uel plures sibi per intellectum attributam; ergo unitas uel pluralitas rationum sub quibus diuina essentia intelligitur nichil omnino facit ad hoc quod ipsa aliquid uel aliqua representet. Maior patet, quia illa que representant aliquid ex se et naturaliter in hoc differunt ab illis que representant ad placitum et ex institutione, quia illa que 150 155 160

representant res ex institutione et ad placitum representant per
 aliquam rationem sibi ab intellectu attributam ut uoces; hec uox enim
 165 `homo´ uel quecunque alia significatiua ad placitum representat
 naturam humanam non ex se, set ex hoc quod per intellectum
 attributa est sibi ratio signi respectu talis rei; set illa que representant
 naturaliter, ut gemitus infirmorum significat dolorem, talia ex se, et
 non per aliquam rationem sibi attributam representant quicquid
 170 representant. Et hec fuit maior. Minor similiter patet, quia essentia
 diuina ex se et naturaliter representat intellectui diuino quicquid
 representare potest, et non ad placitum neque ex institutione;
 alioquin posset non representare; et per consequens intellectus
 diuinus ea non intelligeret quod est impossibile; ergo etc. Item ratio
 175 secundum quam essentia diuina est representatiua rerum est
 respectiua, quia omnis representatio per intellectum cognituum est
 propter habitudinem unius ad alterum; set perfectiones diuine
 exclusa causalitate non habent aliquem respectum ad creaturas; ergo
 secundum eas essentia diuina non representat creaturas, set solum
 180 quia est causa potens omnia producere. Patet ergo quod essentia
 diuina representat quicquid representat, Inon per hoc quod
 π95rb intelligitur sub una ratione uel pluribus, set ex se.

[17] Et per hoc exclusa est ratio que uidebatur inducere
 difficultatem; assumebat enim falsum, scilicet quod unitas uel
 185 pluralitas rationis sub qua uel sub quibus essentia diuina intelligitur
 esset ei ratio representandi unum uel plura; quod non est uerum, ut
 probatum est.

[18] Nichilominus notandum est non esse per hoc declaratum
 qualiter essentia diuina potest representare plura distincte, set potius

168 gemitus] *scr.*: genitus π 170 representant] *scr.*: repräsentat π
 179 representat] *scr.*: repräsentant π

uidetur aucta difficultas; dicendum ergo quod essentia diuina per hoc
 190 representat res distincte quod ipsa secundum id quod est absque
 alterius adiutorio uel concursu est sufficiens causa omnium, et ideo
 omnia prehabet in se et continet, non formaliter, ut speculum habet
 ymagines, set uirtualiter modo quo causa effectiua prehabet
 effectum; propter quod intellectus qui plene et perfectissime nouit
 195 essentiam diuinam et eius uirtutem, qualis est intellectus diuinus,
 plene nouit et distincte distinctione specifica omnia ad que se
 extendit eius causalitas; extendit autem se ad omnia que sunt in rebus
 creatis et que constituunt res in esse specifico et distinguunt; quare
 intellectus diuinus, qui perfectissime et comprehensiue nouit
 200 essentiam suam, nouit etiam perfecte omnes res creatas quantum ad
 earum distinctionem specificam.

[19] Et si quis dicat quod causalitas diuina non se extendat ad omnia
 immediate, set tantum ad unum, scilicet ad primum tantum, et
 mediante illo se extendit ad omnia alia quodam ordine, quamuis hoc
 205 sit falsum, tamen idem sequitur, quia cognita causa proxima et
 immediata et sufficiente cognoscitur effectus propria et distincta
 cognitione; set Deus seipsum cognoscit, ut probatum fuit; ergo
 cognoscit distincte illud quod immediate est causatum ab ipso, rursus
 per illud tanquam per causam cognitam cognoscit tertium causatum
 210 et per tertium tanquam causam cognoscit quartum, et sic usque ad
 ultimum effectum; ergo siue Deus producat res omnes immediate
 siue mediate, semper sequitur quod habeat de eis distinctam
 cognitionem modo quo expositum fuit; et causa est quia res create
 distincte representantur intellectui diuino, non per hoc quod essentia
 215 diuina habeat eas in se, sicut senarius habet numeros iure se
 contentos, quemadmodum speculum habet ymagines, quia nichil
 horum est in diuina essentia respectu rerum creatarum, nec sicut

220 exemplar representat exemplata, ut magis patebit cum agetur de
 ideis, set quia essentia diuina est omnium causa. De cognitione
 autem distinctorum secundum numerum dicitur in sequenti
 questione.

[20] Ad primum argumentum dicendum quod causa uniuersalis
 potest accipi tripliciter: uno modo uniuersalitate predicationis, sicut
 225 dicimus quod artifex est causa uniuersalis artificiatu et particularis, ut
 statuifica est causa statue, et singularis, ut hic statuifica est causa
 huius statue, et hoc modo per causam uniuersalem non cognoscitur
 effectus particularis uel specificus nec per causam particularem uel
 specificam cognoscitur effectus singularis; alio modo dicitur causa
 230 uniuersalis non per predicationem, set quia se extendit ad plures
 effectus, tamen secundum quid eis commune et non secundum id
 quod est eis proprium, nisi determinetur per aliud, et sic sol est causa
 omnium generabilium, nec adhuc per talem causam potest res
 sufficienter cognosci et distincte; et neutro istorum modorum Deus
 235 est causa uniuersalis; tertio modo dicitur causa uniuersalis, quia eius
 causalitas se extendit ad plura secundum propriam uniuscuiusque
 rationem absque hoc quod per aliud determinetur, et sic Deus est
 causa uniuersalis omnium, quia omnia producit uel producere potest
 per se et immediate absque hoc quod per aliud determinetur, et per
 240 talem causam sic uniuersalem possunt effectus distincte cognosci; est
 enim causa uniuersalis, quia est causa omnium, set propria
 uniuscuiusque, quia unumquodque producit uel producere potest per
 seipsam.

[21] Ad secundum, cum dicitur quod Deus non cognoscit creaturas

226 hic] *scr.*: hæc π

219 magis...ideis] cf. infra, I, 36, 3-4 (98ra-99vb)

nisi secundum quod existunt in ipso, dicendum quod ly `secundum´ 245
 potest notare rem intellectam uel rationem intelligendi. Si rem
 intellectam, sic est sensus quod Deus non intelligit de rebus nisi illud
 quod de ipsis est in Deo | formaliter, et tunc propositio est falsa, π95va
 quia creatura in Deo est creatrix essentia secundum ANSELMUM et
 ita Deus non intelligeret nisi se; alio modo potest notare rationem 250
 intelligendi, et sic est sensus quod Deus non intelligit res creatas, nisi
 quia preexistunt in eo sicut in causa representante, et sic est uera, et
 tunc non sequitur quod non intelligat alia a se, set quod non intelligit
 per aliud a se; quod uerum est et est simile in intellectu nostro
 secundum ponentes species, quia intellectus noster non intelligit 255
 lapidem nisi secundum illud quod de lapide est in intellectu. Si ly
 <`secundum´> dicat secundum rationem intelligendi, uerum est,
 quia ratio per quam lapis intelligitur est sola species; si uero dicat rem
 intellectam, falsa est, quia non sola species que est <in> anima
 intelligatur, set intelligitur lapis qui est extra per speciem suam que 260
 est in anima.

Questio tertia

Vtrum Deus cognoscat distincte singularia

[1] Tertio queritur utrum Deus cognoscat distincte singularia. Et
 arguitur quod non, quia cognitio Dei est scientifica cum in eo non sit 5
 opinio; ergo cum de singularibus non sit scientia, cognitio Dei non se
 extendit ad ea.

253 intelligat] scr.: intelligat π 257 `secundum´] suppl.: om π 259 in] suppl.: om π

249 creatura...essentia] cf. Anselm, *Monol.*, 36 (55, 4-6) 2 Vtrum...singularia]
 cf. Thom., *Super Sent.*, I, 36, 1, 1 (829-833); *S.th.*, I, 14, 11

[2] Item secundum BOETIUM singulare est dum sentitur, uniuersale autem dum intelligitur; set in Deo non est cognitio sensitua; ergo ipse non cognoscit singularia.

[3] In contrarium arguitur quia illud quod magis habet de entitate magis est cognoscibile; set singularia plus habent de entitate quam uniuersalia; ergo magis a Deo cognoscuntur. Maior patet, quia cum unumquodque sit cognoscibile secundum quod habet esse, si illud quod plus habet de entitate non plus cognoscatur, non potest esse defectus nisi ex parte cognoscentis, qui defectus non potest esse in Deo. Minor probatur, quia singularia secundum rationem sue singularitatis habent esse reale, uniuersalia autem quantum ad rationem sue uniuersalitatis non habent esse reale; set solum esse rationis, quod esse secundum quid <est>, est diminutum per comparisonem ad esse reale; quare etc.

[4] Responsio. Dicendum est quod Deus cognoscit singularia secundum rationem sue singularitatis. Hec autem conclusio diuersimode probatur. QUIDAM enim dicunt hanc esse rationem quare Deus cognoscit singularia, quia est causa rei, non solum quantum ad formam, set etiam quantum ad materiam; tantum autem se extendit scientia Dei quantum eius causalitas; propter quod scientia Dei se extendit ad cognitionem rerum, non solum quantum ad formas a quibus accipitur ratio uniuersalitatis, set etiam quantum ad materiam a qua accipitur ratio indiuiduationis et singularitatis; unde ex hoc errauerunt QUIDAM PHILOSOPHI negantes esse in Deo cognitionem singularium, quia non ponebant a Deo materiam creatam, set ingenitam et incorruptibilem et per

20 est¹] *suppl.: om. π*

8 singulare... intelligitur] cf. Boeth., *In Isagogen. Ed. secunda*, I, 11 (167, 5-7)

consequens non esse a Deo cognitam, quare nec ipsum
 indiuiduum, cum ipsa sit indiuiduationis principium.

35

[5] Hec ratio, quantum ad hoc quod dicit cognitionem Dei tantum
 se extendere quantum se extendit eius causalitas, bona est,
 sumendo etiam sub maiore quod causalitas diuina se extendit ad
 omnes res secundum rationem sue singularitatis. Quod de se
 manifestum est; res enim est factibilis secundum esse quod habet
 extra animam, et illud est singulare. Quod autem ulterius assumit,
 quod materia est principium indiuiduationis, a forma autem
 sumitur ratio uniuersalitatis, ualde dubium est, quia maior
 communitas uidetur esse in materia quam in forma; sicut enim
 forma, quantum est de se, est communis pluribus indiuiduis
 eiusdem speciei, ita materia eiusdem rationis est communis
 omnibus que sunt eiusdem generis.

40

45

[6] Item eadem materia est successiue in diuersis indiuiduis, forma
 autem non; propter quod minus uidentur indiuidua distingui per
 materiam quam per formam et per consequens minus constitui in
 esse indiuiduo, quia per idem uidetur unumquodque constitui in se
 et ab alio distingui. Quid tamen de hoc sit tenendum, patebit in II
 libro distinctione 3^a questione 2^a.

50

[7] Item non omnia singularia habent materiam, sicut angeli; ergo
 ex materia uel eius productione non potest assignari generalis ratio
 quare Deus cognoscit singularia. Nec puto quod ILLI qui negauerunt
 a Deo cognitionem singularium ex hoc fuerint moti, quod crederent
 materiam non esse causatam a Deo; non enim dixerunt ARISTOTILES
 et ALII materiam esse ingenitam et incorruptibilem a carentia
 principii productiui, cum PHILOSOPHUS dicat quod nichil prohibet

π95vb

55

60

52 Quid...2a] cf. infra, II, 3, 2 (136va-137rb) 60 nichil...causam] cf. Arist.,
Phys., VIII, 1, 252b3-4; Thom., *In Phys.*, VIII, 3, 995 (516)

sempiternorum esse *alteram causam*, set a carentia principii durationis. Vnde et COMMENTATOR, qui negavit a Deo cognitionem singularium XI Methaphisice, credidit materiam esse ab alio; dicit enim super II Methaphisice quod *unum est ens per se verum*
 65 *et omnia alia sunt entia et vera per esse et veritatem eius.*

[8] Alius est modus tenendi eandem conclusionem et est talis quod Deus cognoscit singularia, quia Deus est suum esse; cuius rationem assignant qui hunc modum tenent, dicentes quod agere supponit esse et ideo modus agendi ex esse habet determinari; quod si illud habeat
 70 calumniam in actionibus transeuntibus in materiam exteriorem, eo quod tales actiones non sunt perfectiones agentis set acti, propter quod modus talium actionum non solum habet determinari ex natura agentis, set etiam ex natura acti, tamen illud non videtur habere calumniam in actionibus intra manentibus, qualis est actio
 75 intelligendi, quin totaliter sequatur modum et conditionem intelligentis; ergo ubi intelligens non intelligit, nisi prius determinetur per esse actuale, quod est in omnibus creatis, in quibus esse et essentia differunt, ibi res non intelligitur a tali intellectu, nisi prius terminata per esse actuale; set determinatio rerum per esse actuale est
 80 ex progressu rerum; ergo intellectus creatus, in quo differt esse ab essentia, non intelligit res creatas, nisi prout determinantur per esse actuale, quod est ex progressu rerum; et ita cognitioni talis intellectus semper aliquid accrescit.

[9] Causa autem quare talis intellectus non potest res intelligere
 85 quousque determinantur per esse actuale, est duplex: una quia tale intelligere, cum sit in natura habente possibilitatem admixtam, non est omnino de se terminatum, et ideo oportet res per tale intelligere

62 negavit...singularium] cf. Auer., *Metaph.*, *Metaph.*, XII, 51 (337A-C)
 64 unum...eius] cf. Auer., *Metaph.*, II, 4 (59, 35-36)

intellectas per suum esse actuale determinari ad hoc ut in suo esse determinatiue cognoscantur; alia est quia tale intelligere, cum non sit esse intelligentis, non reseruat in eo omnis ratio essendi, propter 90 quod non potest ex seipso absque alia determinatione cognoscere res secundum suum esse actuale, quod est cognoscere eas secundum rationem sue singularitatis, set oportet quod determinantur per esse actuale; set Deus, cum sit suum esse et suum intelligere, non habet possibilitatem admixtam, in eo etiam reseruat omnis ratio essendi, 95 ideo potest ex se omnes res intelligere secundum suam singularitatem absque hoc quod in seipsis determinantur per esse actuale, nec per determinationem rerum in esse actuali aliquid accrescit sue notitie.

[10] Hec opinio in multis deficit: primo, quia a NONNULLIS firmiter 100 tenetur quod esse et essentia sunt idem realiter in creatura, et hoc dictum fuit supra distinctione 8^a questione 2^a; secundo, quia dato quod differant in creaturis, adhuc ratio nulla est, quia si maior propositio assumitur, falsa est, hec scilicet quod quando intelligens est tale quod eius natura determinatur per esse actuale distans ab ea, 105 ibi oportet quod res intellecta, ad hoc quod intelligatur a tali intellectu, prius determinetur per esse actuale; nec probatio ualet, quia esto quod actus intelligendi sequatur modum nature et esse ipsius intelligentis, non oportet tamen quod requirat in re intellecta easdem conditiones, et ideo licet oportet talem intellectum habere 110 naturam determinatam per esse actuale ad hoc quod intelligat, nulla tamen necessitas est quod oporteat rem singularem determinari per esse actuale ad hoc quod intelligatur.

95 ratio] *scr.*: raio π

100 firmiter...creatura] cf. supra, I, 8, 2 (35ra-36rb)

115 [11] Quod patet: primo, quia sicut res potest intelligi quantum ad
 esse existentie, ita potest intelligi quantum ad esse essentie; set ad
 hoc quod res intelligatur quantum ad esse essentie, non requiritur
 quod res habeat actu illud esse (possum enim formare conceptum de
 120 π 96ra
 intellectum habere esse essentie actu ad hoc quod rem actu
 intelligat; ergo similiter non oportet rem habere actu esse existentie
 ad hoc quod secundum tale esse intelligatur, quamuis oporteat
 intellectum esse in actuali existentia ad hoc quod intelligat.

[12] Quod etiam patet secundo ex alio, quia cognita causa singulari
 sufficiente et necessaria cognoscitur effectus infallibiliter secundum
 125 rationem sue singularitatis; et hoc patet ex II *Phisicorum*, ubi
 dicitur quod effectus communis requirit causam communem et
 particularis particularem; propter quod sicut cognita causa uniuersali
 necessaria cognoscitur effectus secundum rationem sue
 uniuersalitatatis, sic cognita causa singulari et necessaria cognoscitur
 130 effectus secundum rationem sue singularitatis; set intellectus creatus
 noster et angelicus cognoscit aliquas causas singulares et necessarias
 et sufficientes respectu aliquorum effectuum futurorum; ergo
 intellectus noster et angelicus cognoscit tales effectus futuros
 secundum rationem sue singularitatis antequam determinetur per
 135 esse actuale. Maior patet. Set minor declaratur, quia tam homo quam
 angelus cognoscit motum celi secundum rationem sue singularitatis,
 ex quo tanquam a casu singulari et sufficiente et necessaria sequitur
 ortus et occasus solis super emisperium nostrum et eclipsis lune tali
 uel tali tempore; ergo per talem causam precognoscuntur tales

138 emisperium] *sr*:: hemisphaerium π 139 tales] *sr*:: talis π

126 effectus...particularem] cf. Arist., *Phys.*, II, 3, 195b25-27; Thom., *In Phys.*, II, 6, 197 (98)

effectus secundum rationem sue singularitatis antequam 140
determinaretur in rerum natura per esse actuale; et hoc etiam quilibet
experitur in se sine alia ratione.

[13] Item operationes sunt singularium secundum esse sue
singularitatis; set tam homo quam angelus precognoscit quedam que
agere proponit; ergo precognoscit ea secundum rationem sue 145
singularitatis, et tamen nondum habent esse actuale; quare etc. Non
est igitur uerum quod singularia non possunt cognosci secundum
rationem sue singularitatis antequam determinantur per esse actuale
ab intellectu creato, dato quod eius natura distet a suo esse; et per
consequens non potest concludi de Deo quod cognoscat res 150
secundum suam singularitatem antequam sint per hoc quod eius esse
non sit aliud ab eius essentia. Nec uideo quare esse distans sit
sufficiens ratio quod intelligere sit indeterminatum, ita quod requirat
in re intellecta determinationem secundum esse actuale, nec IPSI
probant, et ideo eadem facilitate potest negari sicut asseri. Nec esse 155
distans tollit ab eo quod non habeat omnem rationem essendi, sicut
calorem ignis esse distantem a natura ignis non tollit a calore ignis
quin contineat uirtualiter omnem rationem caloris; et quicquid sit de
hoc, tamen quod esse sit indistans ab essentia, non dat ei quod in eo
sit omnis ratio essendi; si enim esse non receptum in natura distante 160
ex hoc haberet rationem omnis esse, per eandem rationem forma
non recepta in natura distante haberet ex hoc rationem omnis forme;
hoc autem est falsum, quia intelligentie sunt forme non recepte in
natura distante et tamen nulla intelligentia continet in se uirtutem
omnis forme, quia nulla potest aliam producere nec animam nec 165

148 determinentur] *scr.*: determinetur π 155 eadem] *wni.*: ea π

143 operationes...singularium] cf. Arist., *Eth. Nic.*, II, 7, 1107a31; III, 1, 1110b6-7

aliquam formam saltem immediate; quare predictus modus non uidetur uerus.

[14] Dicendum ergo quod circa cognitionem singularium a Deo, quia de nobis non agitur nunc, non potest facere difficultatem nisi uel
 170 singularitas, que omnibus est communis, uel materialitas, que est solum in generabilibus et corruptibilibus, uel futuritio, que est in hiis que nondum producta sunt, uel contingentia, que solum est in hiis que dependent ex causis impedibilibus. De futuritione et
 175 contingentia nichil ad hanc questionem, quia inferius dicitur de hoc, set tantum de singularitate et materialitate. Singularitas uero non impedit quin aliquid intelligatur a Deo, cum ipse per se et primo intelligat essentiam suam, que est quedam singularitas; nec materialitas, cum ipse intelligat quidditates rerum sensibilium, in quibus includitur materia; ergo nec singularis materialitas uel
 180 materialis singularitas impedit aliquo modo quin aliquid materiale et singulare intelligatur a Deo. Ratio huius est illa que tacta est in prima opinione, quia essentia diuina est sufficiens ratio representandi quamlibet rem secundum omnem eius conditionem, et hoc habet ex perfectione sue uirtutis secundum quam continet uniuersaliter
 185 omnem rem et producere potest. Et hec est uia DYONISII 7^o capitulo de diuinis nominibus, | ubi dicit quod *Deus cognoscit res quomodo rebus esse tradidit*; unde si aliquid est in rebus non cognitum ab eo, oportet quod circa illud uacet diuina operatio, idest quod non sit operatum ab ipso.
 π96rb
 190 [15] Ad primum argumentum dicendum est quod licet cognitio Dei qua cognoscit se et omnia alia sit una secundum rem, est tamen plures secundum rationem, inquantum tendit in plura obiecta, et sic

173 De...hoc] cf. infra, I, 38, 3 (104ra-105va) 186 Deus...tradidit] cf. Ps.-Dion., *De diu. nom.*, 7 (399); Thom. *Super Sent.*, I, 36, 1, 1 (832)

sortitur plura nomina, quia in quantum cognitio Dei tendit in quidditatem sue essentie uel alterius rei, uocatur `simplex intelligentia`, in quantum autem tendit in essentiam suam attribuendo sibi causalitatem rerum, puta cum cognoscit <se> esse causam rerum, potest uocari `intellectus` seu `cognitio principiorum`, quia causalitas sua est aliis rebus ratio essendi et cognoscendi, in quantum autem ex cognitione sue causalitatis tendit in cognitionem aliarum rerum et proprietatum eis conuenientium secundum rationem earum generalem uel specificam, dicitur `scientia` uel `scire`, quod est rem per causam cognoscere, in quantum autem tendit in cognitionem singularium secundum rationem sue singularitatis, est quasi cognitio sensitua siue experimentalis, que in nobis non dicitur `scientifica cognitio`. Cum ergo dicitur quod omnis Dei cognitio est scientifica, dicendum est quod licet cognitio Dei, que est una, sit scientifica, non tamen respectu omnium, quia non respectu suiipsius nec respectu singularium.

[16] Ad secundum dicendum est quod BOETIUS loquitur de nobis, in quibus cognitio sensitua est solum singularium et nullo modo uniuersalium; cognitio autem intellectiua tanquam perfectior est tam singularium quam uniuersalium et multo magis cognitio intellectiua Dei propter suam perfectionem est non solum uniuersalium, set etiam singularium, quia cognitio Dei includit perfectionem omnium.

Questio quarta

Vtrum scientia Dei sit uniuersalis an particularis

196 se] *suppl.: om. π*

2 Vtrum...particularis] cf. Thom., *S.th.*, I, 14, 1, ad 3

[1] Quarto queritur utrum scientia Dei sit uniuersalis an particularis.

5 Et uidetur quod sit uniuersalis, quia scientia que est per causam uniuersalem est uniuersalis; set scientia Dei est per causam uniuersalem, ut dictum est in precedente questione; ergo est uniuersalis.

[2] Item illa scientia est uniuersalior que ad plura se extendit; set
10 scientia Dei se extendit ad omnia; ergo est uniuersalissima.

[3] In contrarium est quia cognitio rerum secundum proprias rationes specificas et singulares est particularis; set talis <est> cognitio quam Deus habet de rebus, ut uisum fuit; ergo etc.

[4] Responso. De scientia Dei possumus loqui dupliciter: uno modo, prout est quedam res informans diuinum intellectum secundum
15 nostrum modum intelligendi; alio modo, prout comparatur ad obiectum. Primo modo loquendo de scientia, nulla scientia est uniuersalis, set est quoddam singulare, quia quicquid existit singulariter existit, siue existat per se siue in alio, siue in re extra siue
20 in anima subiectiue, sicut et anima est quoddam singulare; uniuersalia enim solum sunt in intellectu obiectiue, nusquam autem subiectiue secundum rationem sue uniuersalitatis; et sic scientia Dei non est uniuersalis, set est quedam singularitas, sicut et essentia diuina. Alio modo potest considerari scientia, prout comparatur ad
25 scibile uel ad obiectum, et sic dicitur scientia uniuersalis uel particularis, quia est de uniuersali uel particulari obiecto. Hoc supposito dicunt QUIDAM quod scientia nostra potest esse uniuersalis uel particularis, set scientia Dei nec est uniuersalis nec particularis. Quod probatur sic: habitus sumunt rationem et

12 est²] *suppl.: om. π*

denominationem ab obiectis non quibuscunque, set principalibus; 30
 principale autem obiectum intellectus nostri est quidditas materialis,
 cui conuenit esse uniuersale uel particulare secundum aliam et aliam
 rationem; et ideo cognitio nostra, ut tendit in eam secundum
 rationem uniuersalis uel particularis, dicitur `uniuersalis´ uel
 `particularis´; set obiectum principale intellectus diuini est sua 35
 essentia, que non est uniuersalis, cum non plurificetur in suis
 suppositis, nec particularis, quia est quid | communicabile pluribus, π 96va
 quod est contra rationem particularis; propter quod scientia Dei non
 debet dici nec `uniuersalis´ neque `particularis´.

[5] Set istud non uidetur bene dictum: primo, quia cum scientia 40
 dicitur `particularis´ ab obiecto principali, `particulare´ non accipitur
 ibi pro singulari, quia singulare non est principale obiectum alicuius
 scientie, saltem nostre, quia de singularibus non est scientia; set
 accipitur ibi `particulare´ pro re accepta secundum rationem
 specificam et `uniuersale´ pro re accepta secundum rationem generis 45
 propinqui uel remoti; et ita particulare, prout spectat ad propositum,
 est communicabile pluribus, sicut species specialissima. ISTI autem
 dicunt quod essentia diuina est particularis, quia est pluribus
 communicabilis, et ideo male accipitur `particulare´.

[6] Secundo, quia si `particulare´ uocaretur `singulare´, adhuc non 50
 esset uerum illud quod dicunt, quod essentia diuina non est
 particularis, idest singularis, quia quicquid existit in rerum natura est
 singulare et singulariter existit. Nec obstat quod ipsa est in pluribus
 suppositis, quia de ratione `singularis´ non est incommunicabilitas,
 nisi illa que opponitur communicabilitati uniuersalis, scilicet quod 55
 non sit communicabile pluribus per sui diuisionem; essentia autem

31 quidditas] *coni.*: quidditatis π 36 plurificetur] *scr.*: plurifietur π

diuina non diuiditur in suppositis quibus communicatur; et ideo ipsa est incommunicabilis per oppositum ad communicabilitatem uniuersalis; et hoc sufficit ad hoc quod ipsa sit uere singularis uel particularis, accipiendo `particulare´ pro singulari. Et ideo si essentia diuina est principale obiectum scientie diuine, ut IPSI dicunt, sequitur quod scientia diuina poterit uere dici `particularis´, idest `singularis´, cuius oppositum IPSI dicunt.

[7] Tertio, quia non est uerum quod essentia diuina sit principale obiectum scientie Dei, quia licet essentia diuina sit primum obiectum ab intellectu diuino cognitum et ratio cognoscendi omnia alia, tamen cognitio Dei, ut fertur in essentiam suam secundum se uel secundum ea que sibi attribuuntur, non sortitur rationem `scientie´ set `simplicis intelligentie´ uel `cognitionis principiorum´, ut prius dictum fuit, quia scire est rem per causam cognoscere, Deus autem cognoscit se uel ea que attribuuntur sibi per causam, et ideo talis cognitio non est scientifica, set cognitio aliarum rerum secundum ea que eis attribuuntur potest in Deo dici `scientia´, quia talia cognoscuntur a Deo per essentiam diuinam, ut est causa omnium rerum et omnium proprietatum que eis attribuuntur; propter quod cognitio Dei, ut sortitur rationem `scientie´, est iudicanda uel uniuersalis uel particularis, non ratione essentie diuine, set ratione aliarum rerum de quibus Deus habet cognitionem per essentiam suam tamquam per causam.

[8] Quid ergo? Nunquid scientia Dei debet dici `uniuersalis´ uel `particularis´? Dicendum est quod preter acceptionem `scientie particularis´ et `uniuersalis´ prius positam est alia acceptio uidelicet, quod `scientia particularis´ uocatur illa qua aliquis sic cognoscit

64 Tertio quia] *con.*: Tertia qua π

aliquod particulare ens et eius proprietates quod non cognoscit alia
entia nec proprietates illorum, et per oppositum `scientia uniuersalis` 85
dicitur que se extendit ad omnia scibilia, et non ad unum tantum.
Accipiendo ergo scientiam uniuersalem et particularem secundum
hanc ultimam assignationem, patet quod scientia Dei est uniuersalis,
quia extendit se ad omnia scibilia, licet ut sic non sit una secundum
rationem, set plures, quia scientie que sunt in nobis diuerse 90
secundum rem sunt in Deo diuerse secundum rationem. Cum igitur
in nobis non sit una scientia que se extendit ad omnia scibilia, set
plures secundum rem, consequens est quod scientia Dei, que una est
secundum rem, sit plures secundum rationem, prout extendit se ad
omnia scibilia. Secundum autem primam assignationem scientie 95
uniuersalis et particularis dicendum est quod scientia Dei est
particularis et uniuersalis, et non uniuersalis tantum uel particularis
tantum, quia illa scientia per quam cognoscuntur res et rerum
proprietates et passiones secundum rationem generis remoti uel
propinqui et speciei specialissime est non solum uniuersalis, set etiam 100
particularis; set Deus per scientiam suam cognoscit omnes res et
rerum passiones et proprietates, non solum secundum rationem
generis remoti uel propinqui, set etiam secundum rationem speciei
specialissime; ergo etc. | Vtraque premissarum patet ex 105
precedentibus. Verumtamen sicut dictum fuit de prima assignatione
scientia uniuersalis et particularis, sic dicendum est de ista, quia, sicut
in nobis sunt diuerse scientie per quam cognoscimus corpus mobile
et eius proprietates et passiones et per quam cognoscimus corpus
mobile ad situm uel ad formam, sic in Deo sunt diuerse scientie
secundum rationem per quas ista cognoscit, quamuis sit una 110
secundum rem.

[9] Ad rationes utriusque partis respondendum est. Ad primam, quod scientia que est per causam uniuersalem predicatione uel per causam uniuersalem que se extendit ad plures effectus solum secundum illud
115 quod est eis commune est uniuersalis, prout `uniuersale` distinguitur contra `particulare` secundum primam acceptionem, et sic scientia Dei quam habet de rebus aliis non est solum uniuersalis, set cognitio que habetur per causam uniuersalem, cuius causalitas se extendit ad omnia secundum omnes rationes tam uniuersales quam particulares,
120 qualis est scientia Dei est uniuersalis et particularis secundum primam acceptionem, et est uniuersalis iuxta secundam.

[10] Secunda ratio probat solum quod scientia Dei est uniuersalis iuxta secundam acceptionem `uniuersalitatatis` et illud concessum est.

[11] Ratio in oppositum bene probat quod scientia est particularis,
125 inquantum cognoscit res secundum rationes specificas, set per hoc non excluditur quin sit uniuersalis, inquantum cognoscit res secundum suas rationes generales et communes et inquantum cognoscit non solum unum genus scibilium, set omnia.